P 55.—

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
34 B
38

M

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
14-30-A-21

55
55.
d
58

Pendasius de nat. corp. caelest.

FEDERICI
PENDASII PHI-LOSOPHI MANTVA-NI DE NATVRA COR-PORVM COELESTIVM.

Mantuæ M. D. L. V.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

B. S.

Illuſtriſsimo & Reuerendiſsimo Præſuli meo q; Domino ſingulari, Domino Herculi Gonzagæ, Cardinali Mantuæ Ampliſſimo Federicus Pendaſius.

S. D. P.

DVbitāti mihi, an partū hunc nuper editū, fouere, paternoq; amore, proſequi deberē, uiſum eſt aquilarū more, eū prius ſolis radijs exponere, nā ſi lumē eius ſuſtinere potuerit, nihil uerendū erit, quin ipſum pro meo fouere amplectiq; debeā, ſin ſecius, eū uelut alienū & nothum, a me propulſandum eſſe iudicabo, cupiens igitur uehementiſſime id experiri, hunc diuinæ mentis tuæ lumini obijcere uolui, ut ſi illud pati potuerit, hunc meum eſſe, & fatear,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

& læter, quod mihi tua opera contigiſſe, arbitrabor, nam ſicut ſol quæ inter ſe natura diſſident, diſſipare conſueuit, ita quicquid in hunc abhorrens a ueritate congeſtum eſſet, te lucis tuæ radijs ſuſtuliſſe, ac propterea librum ipſum perpurgatum reddidiſſe illuſtrauiſſe q; exiſtimabo, ſuſcipe igitur dicatũ tibi opus, quo æquisſima tui grauiſſimi acerrimi q; iudicij lance pendatur ſi enim a te ipſo, probatum fuerit, a nemine prorſus illud improbatum iri confido Vale meum præſidiũ.

FEDERICI PENDASII Philoſophi Mantuani. De natura corprum cę-leſtium.

QVod, tum antiquos, tum iuniores philo-ſophos plurimum exercuit, illud mihi nunc inueſtigandum propoſui, Hoc autem eſt, quęnam ſit natura corporum cęleſtium, Materiam ne habeant, ſublunarium rerum more an potius cum ortu, interitu q; careant, ab huiuſmodi materia quoq; ſint aliena, Qua in re ſi methodo diuiſiua uſus fuero, non abſurde me facturum arbitror, Hoc uero principium mihi commodiſſimum eſſe uidebitur, ſi ab eo, quod omnibus eſt perſpicuū exorſus fuero, Corpora nempe cęleſtia, ſubſtā-

tias eſſe, easdem q; corporeas, cuius rei, uel ipſe ſenſus fidem nobis apertiſſimam facit, cum ipſa & locũ mutare, & luminoſa cum ſint, inferiores tenebras, quæ alioquin eſſent perpetuę, depellere, quotidie uideamus, quorum primum ſolis corporibus conuenire, ab Ar^e. vi. phy^x. certa demõſtatione oſtenſũ fuit. alterum uero quod carere corpore nequeat, uel ei, qui ſummis labris philoſophiã d. guſtauerit, cõpertiſſimũ eſſe poterit, atqui omnia corpora ſunt in duo genera diſtributa, uel .n. ſimplicia, uel mixta ſint, eſt neceſſarium, quod ſi ſimplicia fuerint, uel talem, tantam q; ſimplicitatem habebunt, ut non modo, nulla prorſus, ex diuerſorum generum corporibus mixtio ipſis adſit, ſed materię quoq;, cum forma compoſitione priuentur, uel talem, ut licet eius cor-

porũ diuerſorũ mixtionis ſint expertia, coniunctionem tamen materię cum forma ſeruent, quemadmodum illa quatuor, quę dicuntur elementa, uulgo ſimplicia uocari conſueuerunt, cum tamen ex materia & forma ſint conſtituta, eorum autem, qui primum ipſis ſimplicitatis genus tribuerunt, hęc aliqui formam, nõnulli materiam appellarunt, qui uero, ſub ſecundo genere ipſa collocare maluerunt, his, horum alterum eſt eligendum, uel ut dicant talem ipſis communicatam fuiſſe materiã, quali ea conſtant, quę oriri, atq; interire, ſingulis diebus cernimus, uel diuerſam, rationeq; ac natura, prorſus differentem. Plato quidem in Timęo, cęlum ex quatuor elementis compoſitum eſſe uiſus eſt dicere,
,, Quoniam .n. corporeus, inquit, ſpe
,, ctabilis q; ac tractabilis futurus

„ erat Mundus, ac ſine igne uideri ni-
„ hil poteſt, nihil q; ſine ſolido tangi,
„ & ſolidum absq; terra nihil, ideo, in
„ operis huius exordio Deus ignem
„ primo terram q; creauit' ſed duo ſo-
„ la, absque tertio quodam, commode
„ cohęrere nō poſſunt, medium què
„ aliquod uinculum utrorū q; deſide
„ rant, uinculorū uero, id eſt aptiſſi-
„ mum atque pulcherrimum, quod ex
„ ſe, atque iis quę aſtringit q; maxime
„ unū efficit, hoc maxime proportio,
„ ratio que alternę comparationis aſ-
„ ſequitur, paucis que uerbis interpo-
„ ſitis ſubiungit, ſed cum ſoliditatem
„ mundus requireret ſolida uero, non
„ uno, ſed duobus ſemper mediis co-
„ pulentur, inter ignem, & terrā,
„ Deus aerem, aquam que locauit, ea
„ que inter ſeinuicem quo ad fieri po-
„ terat comparauit ut quemadmodū
„ ignis ad aerem, ita aer ad aquam, ut

aer ad aquam, ſic aqua ad terram, cõ
grue cõferatur. Quę Platonis dicta
a diuo Thoma prima parte ſummæ
quęſtione lxvi. articulo ii. accepta
fuerunt ac ſi ſenſiſſet Plato cœlum,
ex elementis, cum his quę apud nos
ſunt ac materiam habent uniuoce
dictis eſſe conſtitutum, atque ita effi
ciebat, cęlum, ex ſententia Platonis
eodem genere materię conſtare, quę
ſublunariũ generationi ſubiicitur,
ſuapte que natura, corrumpi poſſe,
Dei autem uoluntate, cunctis tem-
poribus ęternum ſeruari, Hoc idem
ſenſit Io. Grammaticus, tum libro
ſexto cap. xxv. tũ libro xiii. contra
Proclum cap. primo fuſiusque a
cap. xiii. in finem uſque, atque hoc
Platonem ſenſiſſe, multis rationibus
confirmauit, quas in alium locum
iccirco reiiciã, quia hęc omnia Pla-
toni falſo aſcribi plurimi exiſtimaue

rũt, quinimmo, quod Arˢ. a Plato-
ne ne latum quidem unguem, re ip
ſa diſſenſerit demonſtrare, ſibi nõ fu-
turum difficile profitẽtur, necnon,
quod uerbis, ſolum hi philoſophi à
ſeinuicem diſcrepent, re uero ipſa
maxime conueniant, quorum ſentẽ-
tiam amplexari, ac fouere æquum
mihi uiſum fuit uel etiam ſiquando
opus fuerit confirmare, atque ma-
gis aperire, ubi ergo uerus Arˢ. ſen-
ſus explicabitur ibidem opportunũ
erit Platonis ſententiã, inueſtigare,
ſummos que illos philoſophos inter
ſe conciliare, Nunc uero huic uni rei
operam dabo, ut oſtendam, corpora
cęleſtia, ex elementis, uniuoce cum
illis quę materiam habent, uere que
ſibi inuicẽ aduerſantur acceptis, mix
ta non eſſe, quisquis ille fuerit, qui
ſecius exiſtimauerit, Illa .n. eſſe ſim-
plicia Arˢ. demõſtratio, textu y iii.

primi de cęlo poſita, fidé facit In cu-
ius expoſitione, ſi quid temporis, &
operę ſumpſero, non incommodum
aliquid, uel inutile, me aggreſſurum
arbitror, ſed quod omnes philolo-
ſophiæ ſtudioſi hilari animo, mente
que beneuola debeant ſuſcipere, ac
quę dicuntur perpender, ſępius que
ſecum reuoluere, Neminem .n. me
hactenus legiſſe memini qui ab om-
ni ſcrupulo, meum animum abſol-
uerit, cui rei me plurimum ſtuduiſſe,
inficias non ibo, quod tamen, pręter
omnem iactantiam, atque animi ela
tionem dictum eſſe uelim, Id autem
ſi conſequutus fuero, Deo optimo
maximo, omnis ueritatis authori, in
gétes quas potero, gratias, habebo,
at ſi qua in re, me falſum fuiſſe, ali-
quis depręhenderit, hunc ipſe obſe-
cro, atque obteſtor, ut me amice cor
rigat Mihique ipſi, non clanculum,

ea obiiciat, quę ipſe à ueritate alie-
na eſſe exiſtimauerit, is .n. ſum, qui
hunc de tanto munere plurimũ ſim
amaturus, ſingulares que gratias ha
biturus, ac ſi quando huius pręſtã-
di, copia mihi data fuerit, cumula-
tiſſime relaturus, Nam, quid aliud
quæſo eſt, quod maiori charitate, ar-
ctiori que uinculo, poſſit, hominem
homini conciliare atque obſtringe-
re, quã ſicui recta, ad ueritatem per
cipiendam uia, ab alio præmonſtra
ta fuerit; quod ſi iure plurimum his
debemus, qui cum cæci ſumus, nobis
ſe duces prębent, prohibent que ne
in foueas præcipites feramur, quan-
to maiores, ſunt illis habendę gra-
tiæ, qui potiorem noſtri partem, Mẽ
tem uidelicet, ab erroribus liberant,
eidemque ad ſummam fœlicitatem
iter oſtendunt; Hoc unum tamen,
ab illis, qui de his meis uigiliis iudi-

cium ſunt laturi, enixe contendo, ne animi turbatione aliqua ducti, uel q alicuius ſententiæ ſint addicti, me delirare, uel quid temere dicere prius iudicent, q̃ integrum opus, accurate legerint, animo que ſtudioſe uerſauerint, quod ſiqua, in hoc legẽdo, tempóris iactura fiet, eius, ipſos obſecro, non pœniteat, ut amici commodis inſeruiant, quod .n. tempus, amicis ſubleuandis impẽditur, illud egregie ſumptum uidetur, Rem igitur fœlici omine aggrediar. Accepit primũ Arˢ. textu v. hoc omnibus corporibus naturalibus, eſſe a natura inſitum, ut motu ſecundum locũ, per ſe moueri poſſint, Nam cum ſecum Arˢ. animo diu uoluiſſet ac ſagaci mente, perſcrutatus fuiſſet, quodnam poſſet huiu conſiderationis cõueniens exordium ſumere, illud demũ occurrit, quod motum localem

ſingulis corporibus naturalibus, na
tura impertita eſt, pro ratione illo-
rum corporum, unde fit, ut diuerſis
corporibus, motus diuerſi conueni-
ant, Ex motu igitur locali, poterat
naturam corporis cęleſtis rectiſſime
deprehendere, quare hoc ipſum dū
ſtudet pręſtare, hinc auſpicatur, ꝙ
corpora naturalia, per ſeipſa motu
ſecundum locum moueri poſſunt,
quod eſt, ac ſi dixiſſet, corporum cę
leſtium naturam inueſtigaturi, qua-
nam potiori uia uti poterimus, quā
ſi ad motum localem reſpexerimus?
pro cuius diuerſitate, cū ſit proprius
corporum naturalium, diuerſam eo-
rundem corporum naturam eſſe, li-
cet concludere, Hoc uero accepto,
diuiſionem motuum localium ſub-
dit Motum.n. localem bifariam ſeca
ri dicit, Nam quidam ſimplex, qui-
dam eſt, ex his mixtus, ſimplicium

autem motuum duo tantum ge-
nera reperiri, rectum nempe, ac
circularem, quod ipſum hac ra-
tione manifeſtum fecit, quia duæ
ſolum dantur magnitudines ſimpli-
ces, circularis, & recta, His aliã pro-
poſitionẽ adiecit textu vii. quod cor
poris ſimplicis, motus quoque ſim
plex eſt, quod hac uia perſuaſit, cor-
porum enim alia ſunt ſimplicia, alia
ex ſimplicibus compoſita, rationi er-
go eſt conueniens, ꝙ corporũ ſimpli
cium, motus quoque ſint ſimplices,
at compoſitorum mixti, motus, ue-
ro fiat, ratione illius ſimplicis, quod
aliis dominatur, poſt quæ omnia, tex
tu viii. alia propoſitione accepta, quę
conuerſa eſt proximę ſuperius dictę,
quod .ſ. ſimplex motus, eſt corporis
ſimplicis, integram demum rationẽ
cõſtituit, cuius uis omnis in hoc col-
ligitur, datur motus ſimplex circula-

ris, ſimplex autem motus eſt corpo-
ris ſimplicis, dabitur ergo corpus
ſimplex, quod circulari motu, ſecun-
dum naturam mouebitur. Erit ne igi
tur hoc corpus, aliquod ex quatuor
elementis? minime uero, inquit Ari-
ſtoteles ſed eo digniorem his naturã
habet, quo magis ab ipſis ſeiungitur
Motus enim hic circularis, eſt pro-
prius eius corporis, quamobrem,
huius naturam, ab aliis quatuor,
quibus motus recti, ſecnndũ naturã
conueniunt, maxime diſtinctã eſſe
arguitur, propriũ uero hunc motũ
eſſe illius corporis, ita ut nulli, ex
quatuor uocatis elementis conue-
niat, oſtendendũ relinquebatur, cũ
præſertim, ꝙ hypeccauma circulari
ter feratur, uel ipſe Ar^s. primo Me-
teororum conceſſerit Hoc igitur
eſt, quod textu v i i i i. ſibi demon-
ſtrandũ ſumit, eo prius iacto funda-
mento, ꝙ

mento, qđ uniuſcuiuſque corporum ſimplicium unus eſt tantum motus ſecundū naturam, ex quo efficitur demonſtratio, quæ quod propoſitū fuerat, planiſſime aperit, Nullū uidelicet ex illis, quæ motu recto ferri, apta natura ſunt, quatuor .ſ. elementis, motu circulari ſecundū naturā moueri poſſe, uiolentia tamen, eo motu, aliqua ipſorum ferri, nihil prohibet, nemini .n. dubiū eſſe poteſt, quin hæc motu recto ſecundū naturam moueantur, quinimmo ſiquis aduerſariū ſe Ar[i]. obiiciat, uel ex ipſius met dictis, hoc erit ſupponendū, ſiquā . n. inſtantiam, aduerſus ea quæ ab Ar[e]. ꝓbata ſunt, afferre uoluerit, id ipſi dicendum erit, Hunc motū non eſſe proprium illius corporis, eo quod aliis etiā conueniat non licere itaque hinc colligere, illud corpus eſſe naturæ ab aliis diuer

ſę, at ſiquis ipſum interroget, quę nã hęc ſint quæ uocat alia, quid eſt, quæſo, quod reſpondere poſſit, quã quæ mouentur motu recto? Erit igitur uel ipſi hoc cõcedendũ, quod ea corpora motu recto moueantur, omnino que, nequis hac in re ſcrupulus relinquatur, cũ dentur tria illa motuum ſimpliciũ genera, dabuntur ét corpora, quæ ſecundũ naturam, illis motibus ferri apta erunt, quare hoc ſibi proponit Ar^s. demonſtrandũ, quod corpus motu recto natura moueri poteſt, illi motum circularé, ſecundũ naturam, conuenire nequaquam poſſe, iccirco que motũ circularem eſſe proprium eius corporis, quod illo motu per ſe mouetur, conſequenter autem naturam illius corporis, longe diuerſam eſſe, ab illorũ corporũ natura, quæ motu recto feruntur, cũ auté cœlũ ſit, quod circu-

lariter ferri conſpicimus, quatuor uero dicta elementa, quibus motus rectus conuenit, naturā corporū cę leſtiū a quatuor elementorū natu- ra, diuersā admodū eſſe, nullus erit qui ambigat, pro cōperto igitur hoc eſt admittendū, ea, motu recto pro- pria natura ferri, a q̄bus ſtudet Ar^s. motū circularem remouere, quod cū ita ſeſe habeat, ipſi annectendū eſt principiū iam acceptū, quod uniuſ- cuiusque ſimplicis, unus eſt tantū motus ſecūdū naturam, inde, profe cto continget, quod motus circula- ris, nequaquā ſit taliū corporū natu ralis, ſed ſiquidē tali motu ferūtur ip ſo ui moueātur, ſoli ergo illi corpori conueniet, cui ſecūdū naturā ipsū ineſſe iam oſtenſum fuit, certum au- tem eſt, quod omni, tū ex ipſo ſensu, Lunam enim ſolem, planetas que omnes, ac ſtellas reliquas, in circulū

ferri cenimus, tũ quia, quod ſecun- dũ naturã ineſt, omnibus ineſt, nec non ꝙ ſemper, tũ ex eo, quod pro- xime ſuperius dictũ fuit, quicquid uidelicet ſecundũ naturam ineſt, om ni, atque ſemper ineſt, tũ ex iis quę viii. phy[V]. ſunt demonſtrata, Mo- tũ nempe circularẽ, unũ numero p- petuo ſeruari, unde fit etiam, ut cor- pus illud quod mouetur æterno tẽ- pore perſeueret, erit igitur propri- us, quod Ar[i]. demõſtrandũ aſſum- ptũ fuerat, ex quo colligit, corpus illud, natura plurimũ a quatuor ele mentis diſtare, Sed quoniam, motũ circularẽ, alicui ex quatuor ui con- uenire, uiſus eſt Ar[s]. accepiſſe, co- gnoſcebat autem hoc poſſe duplici- ter intelligi, uel .n. ita ui, ut eius cor poris cui ineſt, naturæ aduerſetur eiusdem ꝙ motui naturali, uel ita, ut non aduerſetur quidẽ, ſed ſupra ſuã

ipſius naturã ſit,eamq́; ſuperet, & ab eminentiori, ac perfectiori principio, eidem ſit inditus, primũ ergo huius diuiſionis mẽbrũ ſibi Ar^{s}. detruncandũ proponit,cuius partis ex poſitionem diligenter obſeruandam eſſe exiſtimo ſiquis .n. hanc quam ipſe afferã, ſequutus non fuerit ad aliã q́; animum cõuerterit, is, puto Ar^{m}. in nodos inextricabiles coniiciet ,cõtradictiones q́; indignas tanto philoſopho, Deſtruit autẽ accepto hoc alio principio,q̃ uni , unũ tantũ eſt contrarium, ex quo demonſtratio inferius adducenda cõficietur,quę , ut apertior reddatur,quędam ſunt mihi prius cõmemoranda, cum , ui ineſſe duobus illis modis,quos iam recenſui,poſſit accipi],ſi pro eo quod eſt ſupra naturam ſumptũ fuerit, in eo deſtruendo Ar^{s}. non immorabitur , tũ quia nihil ipſi officit, tum quia ue-

rum eſt, nihil quidé officit, eo quod licet conceſſus fuerit, eius tamen ſen tétia, nõ ob hoc deſtruitur, quin. s. hic motus ſit proprius corporis cœleſtis, licet. n. igni conueniat ſupra naturá tamen, non ſecundũ ſuam ipſius naturam conuenit, ꝙ niſi ſecundũ naturam ineſt confitebitur igitur uel is, qui hoc dixerit, eum non eſſe ignis proprium, ſed quod ipſum habeat, hoc ab eo proficiſci, cuius eſt proprius, quare hic modus Ar[is]. ſententiæ nihil aduerſatur, ímo ipſam potius confirmat, eſt quoque uerus, ignis. n. in propria ſphęra, circulari motu, circumuoluit̃ proprias quodãmodo uires exuperãs, perfectiori que cauſæ illum acceptum referens, Non fuit ergo Ar[i]. in hoc deſtruendo, aliqua mora facienda, at ſi pro eo quod eſt contra naturam acciperetur, hoc quidé eſt, quod totũ dog

ma funditus euerteret, ſiquis.n. accipiat, motum circularem alii corpori ita ui conuenire, ut aduerſetur, ſitque contrarius naturę ipſius, ex hoc ſtatim quis inferre poterit, ꝙ ſecundũ naturam corpori huic contrario, conueniat, ſi .n. repugnat, exẽpli gratia, naturę grauis, erit igitur naturalis corporis leuis; quare non ſoli corpori cœleſti ſecundũ naturã conueniet, cũ ſit ignis quoque, naturalis motus, ad quod reſpiciens Ar^s. textu x. ſibi propoſuit oſtendẽdũ, motũ hunc circularẽ, non ſolũ ſecundũ naturam alii corpori conuenire non poſſe, ſed neque præter naturã, ita ut naturæ ipſius aduerſetur, cum ergo uiolentia ineſſe, duobus modis dictis accipi poſſit, ſumatur nunc, inquit Ar^s. pro eo quod eſt præter naturã, ac naturę illius corporis contrarium, quod niſi quis,

motũ circularẽ ꝓpriũ eſſe corporis
cœleſtis admiſerit, neceſſariũ erit ꝑ-
fecto, ut ad alterum ex his duobus
confugiat, uel ut dicat, hunc mo
tũ, alii quoqꝫ corpori, ſecundũ na-
turã inſitũ eſſe, uel ſaltem ita præter
naturã conuenire, ut ipſius naturæ
aduerſetur, ex hoc. n. tandẽ colligi
poſſet, quod alii quoque corpori ſe-
cundũ naturã conueniret unde nam
uero ſumi poteſt hæc neceſſitas? ex
hoc ipſo uidelicet, quia niſi ſoli, ſed
alii, uel ergo ſecundũ naturã, uel cõ
tra naturã, uel ſupra naturã ineſt, ex
quibus tertiũ ſi admiſſum fuerit, non
tollitur propterea Ar^{is}. poſitio, re-
ſtant igitur duo prima deſtruenda,
ſed alterũ iam ſuperius e medio ſub-
latũ fuit, oſtenſũ .n. eſt, motũ circu-
larẽ, alii corpori ſecundũ naturã nõ
cõuenire. ſecũdum autẽ nunc excin-
detur, ad memoriam reuocato prin-

cipio iam poſito, quod uni unũ tã-
tũ eſt contrariũ, ſi ergo hic motus cõ-
trarius eſſet naturæ corporis alicu-
ius, ueluti grauis, cum eidem oppo-
ſitus ſit motus aſcenſus, duo igitur
uni eſſent contraria, cuius falſitas, ex
principio iã accepto, perſpicua eſſe
poteſt Non deſunt tamen plurima,
quę tũ uniuersã A1[is]. diſputationẽ
infirmare, tũ principia quibus inni-
titur labefactare uideantur, ut que a
principio primum accepto initiũ ſu-
matur Ar[i]. poſſet quis obiicere, ꝙ ſit
uſus medio ineptiſſimo pro colligẽ-
da huius corporis ſimplicitate, na-
turę que a quatuor elemẽtis diuerſi-
tate, cũ accepit corpora naturalia,
per ſeipſa eſſe mobilia ſecũdũ locũ ſi
quidẽ natura eſt principiũ motus il-
lis .n. dictis, declarat ſe exiſtimaſſe ꝙ
ex motuũ diuerſitate, corporũ mo-
torũ naturã eſſe diuerſã poſſit argue

re, eo quod motus eſt proprius eo-
rũ corporum, quę mouentur, eſt au
tẽ proprius, quia natura, inquit, eſt
principium motus, at iure, occurret
quiſpiam, quod eadem ratione, lice
bit colligere, alterationem quoque,
ac generationem, & corruptionem,
eſſe motus proprios rerum natura-
lium, ſiquidem natura eſt principi-
um motus, non localis ſolum, ſed al
terationis quoque, generationisque,
ac corruptionis, contingere itaque,
ꝙ ex horum quoque diuerſitate,
poſſemus, naturę corporũ motorũ
diuerſitatẽ colligerẽ, quod q; ſit pręter
omnẽ rationẽ cuiuis manifeſtũ eſſe
poteſt, cũ horũ diuerſitas, pro mo-
uentiũ multitudine, non rerũ mota-
rũ eueniat, magis q; adhuc confirma
tur dubitatio, nam cũ naturam eſſe
principium motus, trifariam poſſi-
mus accipere, uel ꝙ ſit principium

actiuũ, uel ꝙ paſſiuũ, uel utrumq;, nunc ꝙ primo modo non accipiatur uel ipſius Ar[is]. uerba palam faciunt, cũ dixit, corpora naturalia eſſe mobilia non autem motiua, ratio quoq; ſuadet, eſt.n. oſtenſum, corpora cœleſtia, natura a quatuor elementis, ſeiuncta eſſe, illa uero, rerũ motarũ, non mouentiũ rationem habent, utitur ꝙ motu illo, quo mouentur, non quo mouent, cũ prę ſertim ſi de principio actiuo, ſermonem faceret, cõfiteretur igitur, corporibus cœleſtibus, ineſſe principiũ motus, cui, naturę nomen conueniat, eiuſmodi uero omnia, ſunt formę in materia, quare, ipſa ex materia, & forma, compoſita eſſe concederet, unde conſequenter fieret, ꝙ eſſent generabilia, atq; corruptibilia, cuius oppoſitum ſe demõſtrauiſſe profitetur, non accipit igitur, in pręſentia, naturã, eſſe

principium motus actiuum, eiſdem rationibus etiam cognoſci poteſt, ꝙ pro principio tũ actiuo, tum paſſiuo, nequaq́; poſſit accipi, relinquitur itaque, ꝙ de principio paſſiuo ſolũ habeatur mentio, ꝙ, cum ita ſeſe habeat, quinã poterit Ar^s. affirmare, quę corpora diuerſis motibus mouentur, ea diuerſa eſſe ? ſiquidem, ſicut prius etiam dictũ fuit, diuerſitas motuũ, mouentiũ quidem, non autem corporum motorum diuerſitatẽ arguit, atque a forma, uniuſcuiuſq; natura pendet, quę principii actiui rationem habet, non a principio paſſiuo, quod eſt materia, Huc etiã tendit Au^s. dubitatio nã cum Ar^s. ex motu circulari, qui a motibus rectis diſtinguitur, arguit naturam illorũ corporũ, neq; grauem eſſe, neq; leuem, omnino que diuersã a quatuor elementis, quam naturã, hoc in

loco, dixit eſſe principium motus, oportet ꝙ de illa natura ſermonem habeat, per quã corpora ſunt actu; & cuius ratione ſortiuntur, ꝙ ſint talia, & a reliquis ſeiungantur, hęc autem, non eſt materia, principium, ue pallium, de quo ſecunda ratione, natura dicitur, cum actus ſit, qui ſeparat ac diſtinguit, relinquit̃ itaque, ꝙ de forma intelligatur, non abſtracta, ſiquidem, ab ea ſubiectum eſſe non recipit, nec denominationem, ꝙ .s. uel graue, uel leue nuncupetur; neceſſarium erit igitur confiteri, ꝙ de forma in materia mentio habeatur, quare cœlum ex materia & forma erit compoſitum, quę cum ſint, quin generabile quoque, & corruptibile ipſum faciamus, ſubterfugere non poterimus, incertum ergo eſſe, atq; inconſtans illud principium ex his poterit quiſpiam ſuſpicari, quibus.

omnibus ut ſatiſfiat , aperienda pri
mũ eſt huius demonſtrationis neceſ
ſitas, Non potuit ſane Ar^{s}. cõmo-
diori medio, quã motu locali, uti,
nam ſi demonſtratione per cauſam,
quod ſibi propoſuerat, conſequi uo-
luiſſet, principiis ignotis uſus eſſet;
inter accidentia uero, nullum erat ali
ud, ꝑ quod poſſemus, in illius corpo-
ris cognitionem deduci, quã motus,
neq; .n. lumen hoc præſtare pote-
rat, cũ horum quoq; ſublunarium
multa ſint luminoſa, neq; denſitate,
raritate quantitate, adipiſci hoc lice
bat, ſiquis.n. ad hęc reſpexerit, illi
maximum periculum ĩminebit, ne,
a recta diuertens uia, in errores laba
tur, eo ꝙ ratione illorũ, cœleſtia cũ
ſublunaribus uidentur conuenire,
relictus ergo fuit ſolus motus loca-
lis, Hoc uero ſi uſi fuerimus, rei ue-
ritatem commode inſpicere poteri-

mus,cum ipſe rei naturam inſequa-
t̃, ita ut res unaquæque tali motu
moueat̃, quali apta eſt ſecũdum na-
turam moueri, licet quę natura ſit
principium cuiuſlibet motus, loca-
lis tamen ita eſt principium, ut ꝙ tali
motu moueat̃, hoc ab ipſius natura
quatenus actu eſt, proficiſcatur, &
ideo, quibus plurium motuum in-
ſunt principia per ſe actiua, qualia
ſunt ex generabilibus animalia, in il-
lis motus localis, eſt omnium poſtre
mus, ꝙ non alunde contingit, niſi qa
rei aduenit, cum iam perfecta eſt, li-
cet, non omnium, vna ſit ac eadem
ratio, ſed in aliqbus qdem, forma eſt
per ſe illius motus effectiuum prin-
cipium, ita vt, in partem per ſe mo-
uentem, ac per ſe motam diuidant̃,
in aliis autem, licet forma ſit princi-
pium actiuum, per accidens tamen,
carent que diuiſione illa, quæ prio-

rib⁹ conueniebat, in partem .ſ. per ſe mouentem , et motam , Hoc igitˀ prꝙcipuũ , prꝙter cæteros mot⁹ , ſortita eſt latio , ut rei naturam indicet, Neq; obiiciat , aliqs , ꝙ elementa, ſimul ac generantˀ , propriis motib⁹ mouentˀ non poſtq; ſunt perfecte genita , hoc .n. confirmat potius , q; infirmat , quæ a nobis dicta ſunt , nam cũ elementorum formæ , ob ſui imperfectionem , intenſionem patiantˀ, atq; remiſſionem , contingit, ut quãtũ formꝙ tantundem loci hꝙc adipiſcantˀ . ſicut olim dixit Ar^s . ꝙ apertiſſime indicat , motum localem , rei formam conſeq , natura q; poſteriorem eſſe , in illa , & eadem re ; q; ſit formꝙ acquiſitio , licet tempore ſimul fiant , nam ſimul ac formam res adepta eſt , motus quoq; conſequitˀ pro ratione illius formꝙ , quantũ .n. formꝙ, tantum motus ſortiuntˀ, quod prius etiam

prius etiam dictũ fuit, motu igit̃ lo-
cali aptiſſime uti potuit Ari^s. ſicut q̧
tranſmutatione in ſubſtantia primã
materiam uenatus eſt, ita ex motu ſe
cũdũ locũ, quintũ hoc corpus inda-
gauit, Nunc autem ſingulis quę obii
ciebant̃ ẽ occurrẽdũ, in primis que,
quod dictũ fuit, naturam eſſe prin-
cipiũ cuiuſuis mot⁹, ex eo itaque ne-
minem poſſe colligere, ꝙ motus lo-
calis poti⁹, q̃; quiuis mot⁹ alius, apt⁹
ſit rei naturam indicare, ac nullam
maiorem neceſſitatẽ, ad hoc decla-
randũ, lationi tribuendam eſſe, quã
reliquis motib⁹, præpoſtere meo iu
dicio, falſo que dictum fuit, nam,
licet natura ſit principiũ cuiuſlibet
mot⁹, lationis tamen eſt ita princi-
piũ, ut cui corpori, hæc per ſe ineſt,
illud non alia ſecũdũ naturam moue
ri poſſit, quã quæ ipſi conuenit, qua
ten⁹ actu eſt, cũ igit̃ latio, rei natu-

ram determinatam, atque (ut ita di-
cam) ſpecificam conſequať, ex ea,
licet qualis nā ſit eiuſdem rei natura
colligere, cui colligendæ, alteratio,
generatio que, & corruptio sūt ine-
ptiſſimæ, non negandū qdē eſt, qn,
his mediis, quędam communia illo-
rū corporum, exponi poſſint, ſicut ꝙ
materiam habeant, ſint que ex con-
trariis qualitatib⁹ conſtituta, propri
am uero naturā, nequaquam aperi-
ent, quam mot⁹ localis, ob rationē,
iam pri⁹ dictā declarat, Quod etiā,
in confirmationem adiiciebať, facil-
lime dilui poterit, fatebor .n. ultro,
nulla ratione coact⁹, naturā ꝑ pꝛici-
pio mot⁹ paſſiuo accipiēdā eſſe, illud
tñ eſt animaduertēdū, quod Sip^s. ſæ
penumero docuit, quod, motu locali
ſecūdū naturā moueť, licet dicať pa
ti q̄tenus moueť quodā tñ paſſionis
geneř determinato pati, neque aliter

moueri poſſe, quã ſit eidéa ꝓpria ip
ſius natura inditũ, (ſi de motu illius
naturali ſermo habeatur) hęc uero
natura, a qua iſta determinatio pro-
ficiſcitur, forma eſt, ĩ generabilib⁹, &
corruptibilib⁹, in cęleſtibus autem,
ꝗdnam ſit, poſteri⁹ notum fiet, hoc in
prę ſentia ſatis eſto, ꝙ naturã illius
determinatam conſequit᷑, & ideo
poteſt eiusdem ſignũ eſſe, de ipſa que
certam fidem facere, Au^s^. demũ du
bitatio, uel ab ipſo met egregie ſolu
ta fuit, cũ dixit, naturam corporum
cœleſtiũ, quam Ar^s^. demonſtrauit,
neque grauem eſse neque leuem, &
quã eſſe principium motus accepit,
ipſum eſſe ſubiectũ ſimplex, quod
non eſt pura potentia, ſed actu ex ſe
ſine forma, & ideo per ſeipſum eſt, ab
aliis ſeiunctũ, necnon, cum actu ſit,
quali motu aptum eſt moueri, tali
mouet᷑; iccirco mot⁹, ipſius quoque

naturam poteſt ſignificare, intelli-
gentia uero nequaquam natura eſt,
niſi æquiuoce, quatenus de ipſa, uerũ
eſt dicere, ꝙ nata eſt tali motu ſubie
ctũ mouere, quali, ipſum, cũ ſit actu,
moueri natum eſt, ex his ergo om-
nib⁹, preſpicuum eſſe poteſt, quam
elegans, firmum que, ac certum, ſuę
demonſtrationis principiũ primo sũ
pſerit: quod aũt hoc ſeq̃t, multam
dubitationẽ affert, ſolos nempe mo-
tus, circularem, & rectũ eſſe ſimpli
ces, ꝙ ſola circularis magnitudo, ac
recta, eſt ſimplex, neque .n. uel ꝙ il-
li, ſint ſimplices, uel ꝙ ſoli, recte de
mõſtratum videt̃, non eſt q̃dem ne
ceſſarium, ꝙ ſimplices ſint, eo ꝙ ſu-
per magnitudine ſimplici fiant, cum
ad hoc ꝙ motus ſit uere ſimplex, ſola
illa quę nobis nota eſt ſpatii ſimpli
citas non ſufficiat, ſed præter hanc,
principii quoque motum illum effi

ciétis ſiplicitas req̃rat, ſin alia utāt, principium ignotum accipiet, contingeret etiam, ex hac ratione, ꝙ omnes motus facti ſuper recta, eſſent ſimplices, fierent .n. ſuper magnitudine ſimplici, cum quid ergo, dextrorſum, vel ſiniſtrorſum fert, ac ꝑ obliquam lineā mouet, rectam tamen, ſimplici motu, ipsū moueri cō cedendū eſſet, quod negat Ar^s. artē quoq; videt ꝙ trāſgreſſus fuerit, cū lineis vtat, quarum conſideratio ad Gęometriā pertinet, non ſolos aūt hos eſſe ſimplices Xenarchus oſtendebat, ſimplex .n. ille quoque eſt, q̃ fit ſuper helica, Duab⁹ primis dubitationibus forte permotus Au^s.dixit Ar^m.nunc magnitudines yocaſſe corpora mobilia non aūt ſpatia, ſuper quib⁹ motus fiunt, nam cum quicquid mouet, uel rectarum dimenſionum, uel rotundarum eſſe oporteat,

inde fit, ut rect' tātū ꝗ ac circularis ſint ſimplices, huius ſententiam Albertus probauit, atque rationem attulit, circularis.n. motus, inquit, nullo indiget ſpatio, ſuper quo fiat, cū igit̃, nullū ibi adſit ſpatiū, pręter magnitudinem motam, non a ſpatio, ſed a corpore moto, ſumenda eſt ſimplicitas, quemadmodum autem ſpatiū circulare, non eſt cauſa motus circularis, ita neque rectū eſt cauſa motus recti, ſed tū recti, tum circularis ſimplicitas, a corporibus motis eſt accipienda: Cū tamen, in definiendis his motib', īmediate poſterius Ar^s. vtat̃ linea circulari, & recta, quas ſpatii, non corporis moti, rationem habere, nemini dubiū eſſe poteſt, dicit.n. circularem illum eſſe, qui fit circa mediū, rectum uero illum, ꝗ eſt vel a medio, vel ad medium, at quidnā quęſo eſt aliud, linea a medio, & ad

mediũ ducta, quam ſpatiũ per quod fit motus rectus ? cur nam igit negandum erit, ꝙ quæ circa medium, eſt linea, ſpatii rationẽ ipſa quoq; habeat in motu circulari ? ex textu rurſus xii. hoc ita ſeſe habere apertiſſime cognoſci poteſt, cũ motũ circularẽ, iccirco recto perfectiorem eſſe dixit, quia circulus eſt perfectus, rectarũ uero linearũ nulla, cuinam ergo obſcurum eſſe poterit, qn rectam uocet ipſam lineam per quã fit motus, non autem magnitudinem mobilẽ? ibidem etiam adiecit Ar[s]. qui autem in recta eſt corporũ ſimpliciũ, ſed nullus eſt, qui verba illa, in recta, pro eodem non accipiat, ac ſi dixiſſet ſuper recta, ꝙ ſi in his motibus definiendis, eorũdem ꝗ perfectione declaranda, uſus eſt ſemper lineis, merito concludendũ erit, Ariſtotelem, nũc quoque, magnitudinem rectam nũ-

cupauiſſe, ſpatium illud per quod
ſit motus non corpora quę mouent,
atque ut pręter authoritatem , utar
etiam rationibus , ſi de corporibus
motis, ſermo ab Ariſtotele habitus
fuiſſet, uel ad figuram illorum corpo
rũ reſpexiſſet, quod viſus eſt Au^{s}. in
nuere, ita ut rectus tantum, ac circu-
laris iccirco ſint ſimplices, qa ex cor-
poribus motis, nullũ dari poſſit, qđ
vel rectam, uel circularem figuram
non habeat, uel ad eorundem cor-
porum naturam, ita ut quia ſola illa
corpora ſunt ſimplicia, hanc ob cau-
ſam, motus quoq; ipſorum , ſint ſoli
ſimplices, primum quidem mem-
brum, non eſt qui iure poſſit admit-
tere, nam quę motu recto feruntur,
cuiusuis figuræ fuerint, eodem ſem-
per motu recto, ſimplici que moue-
buntur, unde fiet, ut uel ꝙ illi, uel ꝙ
ſoli, ſint ſimplices, nulli liceat colli-

gere, cũ in motibus rectis, mobilis figura non ſit neceſſaria, ut hoc, uel illo motu moueat̃, ſecundum uero membrũ minus adhuc eſt rationi cõ ſentaneũ, nam ſi ex ſimplicitate corporum quæ mouent̃, motuũ ſimplicitatẽ manifeſtã faceret, cum rurſus ex motuũ sĩplicitate corporũ quoq; mobiliũ sĩplicitatẽ ꝓfiteat̃ đmõſtrare, quinã ſubter fugere poterimus, quĩ Ar^s^.petitionis prĩcipii crimine ſit culpãdus? quę oĩa cũ ſint incõmoda, ſatius erit dicer̃, ꝙ fit uſus magnitudine, ꝑ quã fit motus, Dubitationes uero propoſitas, nullius eſſe ponderis, rationis q; Ariſtotelicæ uĩ nihil imminuere, palã fiet, ſi exacte cognitũ fuerit, tũ q̃dnã Ar^s^. ſibi demõſtrãdũ ꝓpoſuerit, tũ quanã ratione hoc cõſequutus fuerit, Nõ eſt igit̃ exiſtimãdũ Ar^m^. ſibi đmõſtrãdũ sũpſiſſe, uľꝙ mot⁹ circularis ſit ſĩplex uľ ꝙ r̃ct⁹, ſ̃d ꝙ ſoli

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quod, cũ in expoſitione textus v. pe
rite admodũ, Simp^{s}. grauis philoſo
phus, animaduertiſſet, neſcio qua le
uitate animi ductus , in expoſitione
textus viii. ſentẽtiã mutauit, dixit q;
Ar^{m}. oſtendiſſe motum circularem
eſſe ſimplicem, eo ꝙ magnitudo illa
ſimplex ſit, ſuper quã fit idem motus,
cũ tamen Ar^{s}. hoc, nullibi, profeſſus
fuerit, ſed textu v. dixerit, ſimplices
n. hi duo ſoli, cauſa uero eſt, quoniã
& magnitudines, hę ſimplices ſolum
sũt, recta, & circularis, quare, non
ꝙ ſint ſimplices, ſed ꝙ ſoli ſint ſimpli
ces, demonſtrandũ ſumit, quod ac
cipiendum erat neceſſario, niſi. n.
demõſtratũ fuiſſet hos ſolos eſſe ſim
plices, potuiſſet quiſpiam exiſtimar̃,
alios quoq; motus ſimplices, pręter
iſtos reperiri, qua igit̃ uia, colligit
Ar^{s}. quintum corpus ſimplex dari,
eadem potuiſſet alius colligere, ſextũ

quoq;,ac ſeptimũ inueniri,cui occur
rens Ar^s. ſolos eos motus eſſe ſimpli
ces oſtendit,quęret autem forte ali-
quis, non ne erat etiam neceſſariũ
accipere, ꝙ motus circularis ſit ſim-
plex? īmo sũmopere,cũ ex illius ſim
plicitate, naturam corporis quinti
ſimplicem uenet̃, cur igit̃ non demõ
ſtrauit, motũ rectũ, ac circularem
eſſe ſimplices? huius causã eam eſſe
arbitror, propterea ꝙ, recti quidẽ sĩ
plicitatem demonſtrare, ſuperfluũ
eſſe iudicauit Ar^s. tũ quia in confi-
ciẽda principali demonſtratione, mo
tus recti sĩplicitate usurus nõ erat,
tũ quia famoſum eſſe hoc, atque ab
omnibus cõceſſũ cognouit, ꝙ rectus
ſit sĩplex, ideo q; dicebat textu xii. q
aũt ĩ recta, sĩpliciũ corporũeſt, eteñ
ignis recta ſursũ fert̃, quaſi dixerit,
oẽs ĩ hoc cõueniũt neq; aliqs erit, q
hoc principiũ neget, rectũ eſſe sĩpli

cẽ, proprie que ſiplici corpori con-
uenire,ſiue in actu reperiat̃, ſiue nõ,
dari autem in rerum natura,motum
circularẽ, qui ſit exacte ſiplex,acci-
pit, ut demonſtratum viii phy^{R}.
oſtenſum .n. fuit, ipſum eſſe ſiplici-
ter primum, tum natura,tum ratio-
ne,tum tempore, ꝙ niſi eſset ſiplicıſ
ſimus,neque illud uerum eſset, eum
omnium primum exiſtere,illi etenim
priores eſſent, ex quibus is cõpone-
ret̃,& ideo dicebat Ar^{s}. textu xii ſi
motus rectus, proprius eſt corporũ
ſipliciũ, erit etiã; ac multo magis,
ipſe circularis,cũ hic,ſit natura prior
recto, qua in ratione, ſicut unicuiq;
perſpicuũ eſſe poteſt, huic prioritati
ínitebat̃, ut inde ſiplicitatem colli-
geret, at noui, quod aliquis obiiciet
Ar^{s}. dicta, viii phy^{R}. textu lxxv.
cũ .n. oſtenderet motũ circularem
eſſe priorẽ recto,dicebat circularẽ li

neā eſſe priorē recta, nā ſiplex eſt, & perfectior, uidet̄ itaq;. ꝙ ex ſipli- citate, prioritatē arguat, quod ſi eſſet, quomodo uerū erit, quod nunc dici t̄, ex prioritate Arm. ſumpſiſſe ſipli- citatē? eſſet .n. circularis demonſtra tio, Huic ipſe reſpondeo, ꝙ ſiplicē eſſe aliquam lineam poſſumus dice- re, uel eo ꝙ ex diuerſis genere, & ſpe cie non cōponat̄, uel quia ſit unica numero, non plures, ita ut ſiplicē eſ ſe aliquā lineā dicere, nō ſit aliud, q̄; ꝙ eſt unica, nō pl's, ſignificar̄, idipsū q; de motibus eſt ſentiendū, dicit̄ .n. motus ſiplex, qui ex diuerſis genere, uel ſpecie motibus nō eſt cōpoſitus, ſimplex quoq; ille dicit̄, q unicus eſt, non plures, Motus igit̄ facti ſuper recta, cum reflectunt̄ ſiplices non sūt, quia plures ſunt, interponit̄ .n. quies, q uero ſuper linea circulari fit, eſt ſiplex, ſiquidem unus, cum nulla

quies inter primã circulationẽ, ac ſe-
cũdã intercedet, atq; hoc pacto, eo
in loco dixit Ar^s. tum lineam circula
rem, tum motũ eſſe ſĩplices, ſicut uel
ipſius verba declarant, cum dicit, ea
uero latio, quę ſuper finita recta fit,
ſi reflectatẽ impe fecta eſt, & corru
ptibilis, omnino q; ſĩplicitas illa, at
q; perfectio, æternitatẽ motus cir-
cularis arguebat, quatenus unus nu
mero tẽpore perpetuo ſeruari potе-
rat, inde que colligebat ipſum eſſe
natura priorẽ, reliquis motibus, pri
us .n. eſt natura, ratione, ac tẽpore,
perfectum quidem imperfecto, æter
nũ uero corruptibili, at hæc non eſt
illa ſĩplicitas, ſed quæ cõpoſitionis
priuationẽ, ex diuerſis generibus, uel
ſpeciebus dicit: hanc q; ex motus
circularis prioritate colligit, nã quia
eſt prim⁹ omniũ, ſĩpliciſſimũ quo
que ipſum eſſe oportet, quare non

fuit ꝑpoſitũ Ar[is].demõſtrare, motus
iſtos eſſe ſiplices, ſed ꝙ hi ſoli ſit ſi-
plices neq; alius ꝑter hos iueniri poſ
ſit, quod optime cõſeqt, uſus medio
termino, huic rei maxime cõmodo,
motu.ſ.cũ.n.motus localis, ſit cõtinu
a, cũ ſucceſſione ſpatii acqſitio nõ po
teſt eſſe motus ſiplex, niſi illud quoq;
ſpatiũ ſimplex fuerit, cũ itaque hęc
duo tantũ ſpatii genera ſint ſiplicia,
rectũ .ſ. & circulare, concedendum
erit, nullũ motum, pręter hos, ſi-
plicẽ dari poſſe, rectũ inq;, & circula
rẽ, ſufficiat uero necne, iſta ſpatii ſi
plicitas, ad hoc ꝙ motus ſit exacte
ſiplex, hoc loco non conſiderat Ar[is].
quod tamen a me poſterius inueſti-
gabitur, ſed ſatis ſibi eſſe putat, ac-
cipere, ꝙ ſpatii ſiplicitas, ita ſit ne-
ceſſaria, ut motus ſiplex, ſine ipſa fie
ri nullo pacto poſſit, itaque a quib⁹
negabit, ab eiſdem motus ſiplicita

tē negaſ oportebit,negaſ aūt ab om nib⁹, præter rectum, & circularē,cū ſola magnitudo recta, & circularis ſint ſīplices, duos igiſ hos motus, ſīplices ſolos dari, concedendū erit, rectum,& circularē, non ita tamen, ut omnis rectus, uel circularis, ſit ſī plex, Nunc ſupereſt, ut oſtenſa iam ui rationis, dubitationes propoſitæ diluanſ,Duas uero primas nihil ad uerſus Arᵐ. facere, ex iis quę dicta ſunt, manifeſtū eſſe poteſt,neque .n. ex ſpatii ſīplicitate motus ſīplicitatē colligit, ſed accipit potius,ſine ſpatii ſīplicitate, motū ſimplicē eſſe ñ poſ ſe,ñ cōceſſit itaque Arˢ.ſolā ſpatii ſī plicitatē ſufficere, ut motus ſīplex fiat,uel oēm motū factū ſup recta eſ ſe ſīplicē, ſed tū ꝙ ſpatii ſīplicitas ſit neceſſaria,tū ꝙ hi ſoli motus , & qui fit ſuper recta, & qui fit, ſuper circu lari ſint ſimplices, at rurſus inſtabit

forte aliquis,

forte aliquis, ꝙ licet ex præsẽti ratio
ne hoc colligat, ſolos motus factos
ſuper recta, & circulari eſſe ſĩplices,
non tamen oſtenſum fuit, ꝙ ſint tres
illi ſolum, quos ĩmediate poſterius
cõmemorat, circularis .ſ. a medio,
& ad medium, cũ non illa ſola ſit re-
cta linea, quę ducitur a medio & ad
mediũ, ſed quæ ad obliquum etiam,
dicendũ arbitror, ꝙ quę ſunt ad ob
liquum rectę lineę non ſunt exacte
ſimplices, ſed aliquo pacto compo-
ſitæ, ex ea quæ a medio eſt, & quæ
ad mediũ, quare qui motus ſuper
hac fiunt, qualis eſt fulgurũ, ac uen
torũ motus, non ſunt uere ſimplices,
quia carent ſpatii ſimplicitate, licet
.n. ea linea recta ſit, non tamen ſim-
plex, neq; enim omnis recta, ſim-
plex eſt, ſpatii uero ſimplicitaté re-
quiri, ut fiat motus ſimplex, iam pri⁹
dictũ fuit, non eſt etiã eo crimine cul

pandus Arˢ. ꝙ artẽ transgreſſus fue rit, lineis .n. utitur, quatenus ſpatii rationẽ habent, ſuper quo fit motus, quę conſideratio, eſt maxime natu- ralis, cũ motus, non ſit aliud, q̃; trã- ſitus a termino a quo, ad terminum ad quem, ſeu terminus ad quem per ſuceſſionem acquiſitus, cum termini a quo interitu continuo, Xenarchus demũ, in.iiii.dubitatione falſum ac cipiebat, ꝙ helica linea ſit sĩplex, cõ ponit̃.n. ex recta, & circulari, iccir- co neq; motus factus ſuper helica ſimplex erit, ſiquid uero ponderis haberet Alberti confirmatio, conclu deret ſane, motus circularis nullum eſſe ſpatiũ, ꝑ quod fiat, quod ſi eſſet, quinã diceret̃ terminus a quo? aut q nã terminus ad quem? quod ue de- mũ eſſet mediũ inter hos terminos? quomodo rurſus. iiii. phyᵗᶜ.lxxxxix dixiſſet Arˢ, dũ explicaret naturam

temporis, ꝙ prius & poſterius mo-
tus, pẽdẽt ex priori, & poſteriori ma-
gnitudinis, ſuper qua fit motus, quã
locũ uocauit? patet autem, de motu
circulari potiſſimũ, ſermonem ibi ha-
bitũ fuiſſe, non ne igitͬ in motu cir-
culari, ſpatiũ requiri accipit Ariˢ. ?
quomodo etiam vi. phyˣ. x x x v i i.
dixiſſet, omne quod mouetͬ, per ali-
quod moueri, ac tempore aliquo,
eaſdem qꝫ diuiſiones eſſe, temporis,
motus, ipſius moueri, eius quod mo
uetͬ, & eius per quod fit motus? non
ne vii. phyˣ. etiam x x i. dum loque
retͬ de motuũ comparatione, dixit,
motũ circularẽ fieri ſuper linea circu
lari, rectũ uero ſuper recta, quæ li-
neę cũ non ſint uere inter ſe compa-
rabiles, inde colligebat, neqꝫ motũ
circularem cũ recto, proprie confer
ri poſſe, hoc ipſum etiã plerumqꝫ di-
xit v i i i phyˣ. dum oſtenderet mo-

tũ circularem ,reliquis natura prio-
rem eſſe,atq; hoc primo cœli, tum iã
prius cõmemoratis, tũ multis etiam
aliis in locis , ex quibus iam licet fi-
dem ſumere , q; nullius momenti ſit
Alberti ratio , eſt uero hunc in mo-
dũ ſoluenda, q; licet in motu circula
ri, non alia magnitudo adſit , quam
quę mouetur, ea tamen duplicem ra
tionem ſubit, tum eius , quod moue
tur, tum eius per quod fit motus , Il
lis iam expoſitis , quæ ad hoc princi
pium pertinebant,ad aliud declaran
dũ, nunc me conuertam, q;.ſ. corpo
ris ſimplicis, motus eſt ſimplex , pro
cuius exacta cognitione , primo eſt
conſiderandum , quod nam corpus
ſimplex uocet, quod ue compoſitũ,
& quinam ſit motus ſimplex,necnon
qui mixtus,demum q; huius princi-
pii ueritas aperienda erit, ipſemet i-
gitur Ar[s], quodnam ſimplex corpus

nunc dicat manifeſtum facit, quod, inquit, habet in ſeipſo principium motus ſecundũ naturam, ſicut ignis, & terra, atque, horum ſpecies, ſub qua determinatione, dixit Simp^s. Ar^m. complexum eſſe, inanimata oĩa, excluſiſſe uero, quæ ſunt anima prædita, & ideo dictionem illam, ſecundũ naturam adiecisſe, ut ab his quæ ſecundum animam mouentur diſtingui poſſent, exempla quæ expoſuit, quod per ignem, & terram, elementa sĩplicia ſignificauerit, per horum ſpecies, mixta, in quib⁹ aliquod sĩplex prędominatur, per congenea demum, eleméta media, principiũ igitur illud, quod corporis ſimplicis, motus eſt ſimplex, de omni corpore uerum eſſe exiſtimat, quod ſecundũ naturã mouetur, ſiue illud ſimplex ſit, ſiue ex sĩplicib⁹ mixtũ, quicũ, aliqua ex parte conuenit Au^s. Nã mixtorũ corpo

rũ (dũ ſecundũ naturã moueāť) motũ eſſe sĩplicẽ, ipſe quoq; eſt arbi tratus, differt tamen, quatenus de finitionẽ corporis sĩplicis ab Arᵉ. traditã, ſolis corporib⁹, quę ſunt exa cte sĩplicia, conuenire iudicat, Prin cipiũ uero dictũ, ꝙ corporis sĩplicis motus eſt sĩplex, ita exponit, ꝙ mo tus sĩplex, ſit per ſe primo, corporis perfecte sĩplicis, Nam, licet corpus aliquod mixtũ, motu sĩplici mouea tur, hoc tamen ſibi accidit, ratione illius sĩplicis, quod in mixto prędo minatur, a quibus utriſque, in hoc diſſentio, ꝙ motũ corporis mixti, ne quaquam abſolute sĩplicẽ dici poſſe exiſtimo, quod poſterius notũ fiet, Auⁱ. tamen in hoc aſſentior, quod dicit, illud ab Arᵉ. uocari corpus sĩ plex, quod eſt exacte sĩplex, atque de huiuſmodi corpore, principium acceptũ intelligendum eſſe, ꝙ. ſ. cor

poris ſīplicis, motus eſt ſīplex, ſed
quia uideri poſſet alicui, ꝙ definitio
corporis simplicis, ab Ar^{e}. tradita,
mixtis quoque conueniat, icciro ea
nunc eſt exponenda, Illa igitur con-
ditio, ſecundũ naturã, addita, exclu
ſit animata, Omnia ſiquidẽ corpora
naturalia, tũ anima participantia, tũ
eiusdẽ expertia, principium motus
in ſeipſis habent, ſed animata, ut talia
ſunt ſecundũ animã, expertia uero
animę ſecundũ naturã mouent̃.
Quare animatorũ nullum, corporis
ſīplicis nuncupationẽ merebit̃, alte
ram quoque, pręter dictã, uim ha-
bet illa conditio, nos. n. monet, ꝙ
ad naturalẽ motum, eorũ corporum,
non ad uiolentũ, uel accidentalẽ re-
ſpicere oportet, nihil. n. prohibet,
quin ſīplicib⁹, motus compoſitus cõ
ueniat, eisdẽ que plurium motuum
inſint principia, ſi ad hoc reſpexeri-

mus, dixit autẽ principium, non pri-
cipia, ut excludat mixta omnia ina-
nimata, in illis .n. plura ſunt motus
principia, ſicut poſterius dicetur, il-
la ergo ſolum complectit̃, quę ſunt
uere ſimplicia, uel ſiquid habent ad
mixtionis, illud minimũ eſt, ſenſum
que ſubterfugit, exempla uero ap-
poſuit, ſicut ignis, & terra, quę ſunt
elementa ſĩplicia, adiecit deinceps,
atq; horum ſpecies, non ut innueret
mixta, quę ratione prædominantis
ſunt, uel ignea, uel terrea, ſicut expo
ſuit Simp[s]. ſed cum conditione, uer-
ba illa ſunt intelligenda, ſi uidelicet,
plures illorum dant̃ ſpecies, quod
forte adiectum fuit, propter Plato-
nicos, qui tria ignis genera enume-
rant, carbonem .ſ. flãmam, & lumen,
ſpecies etiam ob hoc forte dixit, q̃a
reſpexit ad illa corpora, quatenus mi
nimum quid admixtionis habent, his

uero congenea uocauit elementa media, terrę namq; aqua affinis eſt, igni uero aer, ſed quoſnam rurſus uocat motus ſiplices? numquid illos omnes qui ſuper recta fiunt, uel circulari? ut ex illa ſola ſpatii ſimplicitate, quã uulgo percipimus, horum motuũ ſimplicitatem ſumat? minime uero, quicquid alii ſenſerint, nam cũ mixta corpora tali motu ſimplici moueri poſſint, ſicut cũ lapis deſcendit, hoc ſane medio, non aliud concluderet Ar^{s}. q; ꝙ dat corpus ſiplex, uel mixtum, quod tamen ratione prędominantis in orbẽ agit, neq; ad illud confugiendum eſt, quod cõmento viii .dixit Au^{s}. ꝙ ſi motus iſte mixto alicui conuenit, ratione prædominantis, p^{o}.igit ipſi prædominanti conueniet, quod erit ſimplex, quare nihilominus colligendũ erit, dari corpus ſimplex, quod hoc mo-

tu ſecũdũ naturã mouet̃, huc inquã non oportet, ꝙ aliquis ſeſe recipiat; nam inde hoc ſolũ deduceret̃, ꝙ ſecũdũ naturã det̃ corpus aliquod ſimplex, cuius motus circularis ſit proprius, non tamen ꝙ tale corpus ſeorſũ exiſtens inueniatur, vel omnino, ꝙ illud quod actu circũferri conſpicimus, ſimplex ſit, quod quã ſit præter oẽm rationẽ, quis non intelligit? accepit .n. Ar^s. pro medio, motũ illũ circularem, qui nobis eſt ante oculos, & quem ęternũ eſſe vii i. phy^x. demõſtrauerat, ex quo ſibi concludẽdũ propoſuit, ꝙ illud corpus, quod actu eo motu circũfert̃ sĩplex eſt, ac naturę diſtinctæ ab illis, quę motu recto mouent̃, quæ uocant̃ elementa; ꝙ niſi hoc in loco id demonſtrauiſſet, nullibi profecto oſtẽſum eſſet, huic ꝗ tractatui de cœlo deeſſet, qđ in primis nouiſſe deſideramus, ſint

nec uidelicet, illa corpora ſíplicia, an qđ quidã exiſtimauerũt, ex elementis mixta, quod eſt dictu eo turpius, quo Ar^s.ſe hoc demonſtrauiſſe profeſſus eſt, concluſit .n. textu x vi. dari aliquod aliud ſeparatũ, præter corpora quæ hic, & circa nos ſunt, tanto digniorẽ his naturã habens, quanto ab eisdẽ magis diſtat, licet que textu viii. dũ concluſionẽ colligeret, hęc uerba, ſecũdũ naturã, adiecerit, dicens dari neceſſario corpus ſíplex quod motu circulari ſecundũ naturã moueť, illa tamen conditio, non ſubiecti exiſtentiã ſignificat, ſed modũ, quo prędicatũ ſubiecto conuenit, motum enim circularem per ſe, non per accidens, uel pręter naturam illi ſubiecto ineſſe oſtendit, nõ ꝙ ſubiectũ natura tantum, non actu exiſtere ſit concedendũ, q; uis etiam textu x i i i. dictum ſit, nata eſt quæ-

dam ſubſtãtia corporis diuinior &c. non tamen ea uerba ſunt ita accipiẽda, ut natura tantũ non actu, per ſe, illud corpus eſſe aſſerat, ſed potius, ꝙ a natura ſit hoc corpus inſtitutum, quod actu, ac ſeorſum exiſtens, motu circulari ſimplici moueatur, nam ꝙ ipſum, actu, ſeorſum ab aliis eſſe exiſtimet, idipſum ꝗ demonſtrare cõtenderit, uel ratio proxime ſuperius allata textu nempe xii. declarat, ex ea .n. colligitur, corpus illud, natura ratione ac tẽpore, prius eſſe his, quæ motu recto mouentur, quod eſſe nõ poſſet niſi ſeiunctũ ab aliis inueniretur, non potuiſſet etiam demonſtrare, ipſum eſſe, grauitatis, leuitatis ꝗ expers, niſi prius idem ſimplex eſſe oſtendiſſet, diceret .n. quiſpiam, ꝙ licet circulari motu moueatur hoc contingit ratione prædominantis, cũ tamen leuium, & grauium compoſi-

tionem admittat, neq; illud dicendũ, quod poſſet quis reſpondere, Ar^m. illam proprietatem, non de corpore, quod actu circumfertur demonſtra uiſſe, ſed de illo, quod ſecundũ natu-ram dari oſtenderat, licet actu ſeorsũ non exiſteret, huius. n. oppoſitũ, ip-ſemet Ar^s. ſignificauit, cum textu xviii. dixit, quod autem circumfer-tur corpus, non poteſt habere gra-uitatem, aut leuitatem, quare de il-lo corpore ſermo erat, quod actu in circulũ mouetur, non de eo, quod natura tantum aptũ eſt moueri, prę terea ubinam locorũ oſtenſum eſſet, ꝙ cœlũ neq; graue ſit, neq; leue? nul libi profecto, non ſolũ autem hoc de monſtratum non fuiſſet, ſed neq; ꝙ ingenitũ ſit, atq; incorruptibile, nam cum accipitur, motui circulari nihil eſſe contrariũ, ac propterea, corpo-ri quod eo motu ferri aptum eſt, ni-

hil aduerſari, dicet aliquis, qđ licet ratione propriȩ naturæ, nihil adſit, qđ ipſi contrariũ ſit, ratione tamen illorũ, quibus cũ hoc corpus miſcetur, grauiũ nempe, ac leuiũ, habet contrariũ, atque diſſolui poteſt, ꝙ ſiquis fretus definitione mixtionis, demonſtrare contendat, ꝙ æternũ cũ corruptibili miſceri nequeat, huic ꝑ confirmandis primis librorũ de cœlo theorematibus, accipienda erunt quȩ in libris de generatione dicũtur, poſterioribus nempe, pro demonſtrãdis prioribus, atque ſiquis reſpondeat, ꝙ qua mixtione, ȩternum illud cũ corruptibilibꝰ miſcetur, eſt aliud mixtionis genus, quã quod ab Ar^e. p^o. de generatiõe declaratũ fuit, huic nihil relinquetur amplius, quod pro ſeruando Ar^e. afferre poſſit; omnino que valde abſurdũ hoc eſt, ꝙ huius demonſtrationis uis omnis, ſit in

eo repoſita quod eſt hactenus igno-
tũ, & de quo ne uerbũ quidem fecit
Ar^{s}. quanto igitur erit ſatius, ſi mo-
dũ inuenerimus, quo liceat hęc om-
nia incommoda ſubterfugere, atque
ex principiis ab Ar^{e}. acceptis, quod
ſibi ipſi demonſtrandũ propoſuerat
confirmare? hoc autem fiet, ſi motũ
ſimplicem, illũ intellexerimus, qui
eſt exacte ſimplex, ut uero, quinam
hic ſit, notũ fiat, primo hoc eſt accipiẽ
dũ, ꝙ ſimplicitas compoſitionem ne-
gat, ea uero poteſt proficiſci, uel ab
illa, ſpatii ſuper quo fit motus ſim-
plicitate, quam paſſim omnes nouè-
rũt, ꝙ nẽpe uľ rectũ ſit uľ circulare:
uľ a principiis a quibus pẽdet, ꝙ ſi pri
mo modo fiat, ea bifariam eſſe pote-
rit, uel .n. ſpatia illa, ex quorum cõ-
poſitione fit motus compoſitus, erũt
genere differentia, uel ſpecie tantũ,
genere quidem, ſi ſpatium per quod

fit motus, ex circulari & recto conſtitueretur, unde fit ne motus factus ſuper helica, ſimplex dici poſſit, ſpecie uero ſi ex linea quę a medio, & quęad mediũ confectũ fuerit, quam ob cauſam motus facti per lineã obliquam, qualis eſt uentorum motus, & fulgurum ſunt compoſiti, (differre autẽ genere, uel ſpetie lineas iſtas intelligo, non quatenus ſunt mathematicę lineę ſed quatenus naturales, ſpatii que rationẽ habẽt, p quod fit motus, quo pacto circularem, & rectam, genere diſtinctas eſſe dicendũ erit, cum ratione ipſarum, fiant motus diuerſi genere, quę uero a medio, & quę ad medium, ſpecie different, motus .n. fient diuerſi ſpecie) relinquitur itaque, ꝙ in rectorũ genere, illi ſoli inter ſimplices, connumerari debeant, qui ſuper linea perpendiculari fiunt, quod optima ratio

ne, contingere,

ne, contingere, poterimus uel ex hoc cognoſcere, ſi ad naturã eius, qđ motu ſimplici ferri aptum eſt reſpexerim⁹, Nã quæ natura conſtant, eo mouent̃ ſecundũ naturã, ubi uniuerſi dipoſitio requirit ꝙ natura maneant, reqrit autẽ ꝙ in medio, uel circa mediũ, qđ ñ eſt aliud, q̃; ſurſũ, uel deorſum, maneant, quare ipſa, illuc natura ferri oportebit, his addendum, qđ quę natura mouent̃ omnia, quãtãcũque uirtutẽ habent, illam oẽm ſumunt, in perficiendo illo motu, & ideo quam citiſſime poſſunt, ad locũ propriũ perueniunt, citiſſime uero peruenient, ſi & uelociſſime moueant̃, & per lineã omniũ minimam, huiusmodi eſt, recta & perpendicularis, a medio & ad mediũ, cum igit̃ ea corpora ſimplicia fuerint, unicũ habebunt ſui motus principiũ, propter qđ citiſſime, uel ſurſum, uel de

orſũ ferenť, motu nēpe uelociſſimo, ac per lineã breuiſſimam facto, ſin mixta fuerint, primo quidem ueloci tate minuenť, iam ꝗ motus mixtus aliquo pacto fiet, deinde uero, ſi maior adhuc mixtio contigerit, non ſolum tardiori motu ferentur, ſed ne per lineam quidem perpendicularẽ, ex quibus omnibus non erit difficile colligere, ea quę prius dicebanť, per ſolã uidelicet lineã perpendicularẽ, motũ rectũ ſimplicẽ poſſe fieri, ſummopere cũ ratione conuenire, naturæ ꝗ illorũ corporũ, quę tali motu natura ferunť eſſe conſentanea, exacta demũ ſimplicitas, principiorũ, a quib⁹ pendent illi motus, compoſitionẽ excludit, atꝗ huius ratione, motus mixtorũ, non erunt uere ſimplices, ſicut fuſius poſterius etiã diceť, & ex iã dictis non nihil fidei ſumi poteſt, licet. n. per rectam, ſimplicẽ ꝗ

lineam ferri nobis uideant̃, remiſſo tamen motu, uirtute que ex diuerſis compoſito, mouebunt̃, quę omnia diligentius declaranda, in locũ propriũ reiiciam, nunc, (ut ad rem redeã) motus ſimplices eos uocat, qui carent cõpoſitione, tũ quæ a ſpatio, proficiſcit̃, tũ quæ a principiis motũ illũ cauſantib⁹, licet que cũ principia ſunt plura, ſpatiũ reddat̃ aliquo pacto cõpoſitũ, nobis tamẽ uidet̃ ſimplex, qua de cauſa, in eo motu, ad ſpatiũ non eſt reſpiciendũ, quæ oĩa poſterius magis nota fiẽt, Ex dictis perſpicuũ erit etiam, tũ quænam dicant̃ corpora cõpoſita, tũ quinã ſint motus mixti, His ſuccedit inueſtigãdũ, quanã uia, illius principii ueritas declarari poſſit, eã diuus Thomas ex definitione motus collegit, eſt enim actus entis in potentia, actum uero, & potentiam, ſibi inuicẽ correſpon-

dere oportet, quare, ſi quod eſt in potentia ſīplex fuerit, motū quoque ſīplicē eſſe, eſt neceſſarium, uerū hęc ratio mihi non placuit, eadē. n. uia concludi poſſet, corpus ſīplex alteratione cōpoſita, non poſſe alterari, neque cōpoſitū alteratione ſīplici, qđ tñ falſum eſt, cū in corpus ſīplex, mixtū aliquod poſſit agere ipſum alterando, necnon ſīplex in mixtum, ex quib⁹ prima ſīplex non eſt, cum ad qualitatē ſīplicē non fiat motus, at ſecunda eſt, ad qualitatē. n. ſīplicē mouet̃, contingeret etiam, ex ea ratione, ꝙ corpus ſīplex motu cōpoſito, pręter naturā moueri nequeat, ſiquidē definitio motus tradita, omnib⁹ motibus eſt cōmunis, tam naturalibus, q̃ uiolentis, ꝙ ſi actum, & potentiam hoc pacto, in omnibus motibus ſibi inuicem correſpondere, neceſſariū eſſet, inde fieret, ut ſi qđ eſt

in potentia, ſimplex eſſet, motũ ſẽper ſimplicẽ eſſe oporteret, quare ſĩplex motu cõpoſito, præter naturam nullo pacto moueretͬ, quod falſum eſſe uel ſenſus docet, quid .n. prohibet, ne ui elemẽtũ ſĩplex, per lineam cõpoſitã moueatͬ? principiũ uero acceptũ, ꝙ actus & potentia ſibi inuicẽ correſpondent, eſt hoc pacto intelligendũ, ꝙ actus, & potentia ſunt eiuſdem generis, nihil .n. ratione potẽtię quam habet ad caliditatẽ, puta, moueri poterit ad ſanitatem, uel per potentiã quã habet ad ſcientias, mouebitur ad calores, ſed determinatæ potentię, actus determinatos, eiuſdẽque generis reſpiciunt, huius ergo principii veritatẽ ex hoc potius pendere arbitror, quia corpus ſimplex fuit ab Arᵉ. definitũ, ꝙ ſit cui principiũ motus ineſt ſecundũ naturã, expoſita uero fuit illa definito, ꝙ iccir

co dixit principium, non principia, quia; unicũ tantũ debet illi corpori motũs principiũ ineſſe, non plura: ſecundũ naturã autem, ut ad naturalẽ, non uiolentũ motũ uel accidentalẽ reſpiciamus, ꝙ ſi principiũ unicum habet, atqꝫ sĩplex, eius motus, quo per ſe mouet, unico quoque motu, illo que sĩplici, ipſum ſecundũ naturã moueri oportebit, nã quale illud fuerit, quod motus eſt principium, talẽ quoque ipſum motũ fieri, neceſſariũ erit ꝙ ſiquis dicat, duo corporib⁹ sĩplicib⁹ ineſſe motus principia, materiam .ſ. & formã, facilis eſt euaſio, neque .n. unius, atque eiusdem generis, ſunt illa principia, ſed diuerſorũ, hoc autẽ pacto plura motuum sĩpliciũ eſſe principia, non eſt inconueniens, Hinc etiam facillime cognoſci poteſt, cur cõpoſitorũ motus, ſint mixti, neque .n. ab uno, ſimplici

que principio ille motus proficiſcit̃, quidnã uero illud eſt quod Ar^s. adiecit poſterius? mouent̃ autem, ſecundũ prędominans in eis ſĩplex, quęnã illa ſunt quæ moueri dicit, qualis uero motus eſt, qui fit ratione prædominantis? ſimplex ne an compoſitus? aut cur demum adiecta fuerunt illa uerba? Hæc igit̃ ad corpora, quæ uocauerat ſĩplicia, referenda non eſſe, vel ipſe Ar^is. contextus declarat, cũ .n. ſĩplicib⁹ motũ ſĩplicẽ conuenire affirmauiſſet, ad cõpoſita trãſitũ faciens, ipſorũ motũ mixtũ eſſe dixit, adiecit que ſtatim, mouent̃ aũt ſecundũ prædominans, cui nã uero obſcurũ eſſe poteſt, ꝙ hæc verba ad proxime ſuperius dicta ſunt referenda? nulli profecto, præter illũ qui voluerit textũ Ar^is. indignis modis extorquere, quod ipſum, cũ his quę prius dicta fuerunt, maxime conue-

nit, nã dictũ fuit, Ar^o. illa corpora uocauiſſe ſiplicia, quæ ſunt exacte ſiplicia, quib⁹, nullo pacto conue-nit, ꝙ ipſorũ motus ratione prædo-minantis fiat, ad illa igit̃ copora, hęc verba pertinent, quæ cõpoſita nun-cupata fuerunt, quorũ motũ, cũ eſſe cõpoſitũ pri⁹ dixerim, ſi iam dictis cõ ſentanea nunc quoque dicere uolue ro, oportet ꝙ motũ factũ ratione prę dominantis cõpoſitũ eſſe aſſeram, qđ quantũ cũ ueritate cõueniat, paulo inferius oſtendã, causã uero prius afferam, cur hęc nunc adiecta fue-rint, eam non aliã eſſe arbitror, quã ut occurreret illi, quod cognoſcebat poſſe quempiã obiicere, aduerſus ea quę proxime ſuperius dicta fuerant, cõpoſiti nempe corporis motũ eſſe mixtũ, diceret. n. aliquis, plurima eſſe ex cõpoſitis corporibus, quæ motu ſiplici ferunt̃, qualia ſunt ina-

nimata, recta .n. deorſũ tendunt, cui occurrens Ar[s]. mouent̃, inquit, ratione prædominantis, quod eſt, ac ſi dixiſſet, licet ea corpora motu ſiplici moueri nobis uideant̃, quatenus per rectam lineã, necnon perpendicularẽ ferunt̃, ſcias tamen oportet, primo quidẽ ꝙ motus ille non eſt abſolute ſiplex, fit.n. ratione dominantis, ſed qđ propter aliquod dominans tale dicit̃ illud non eſt ſipliciter tale, cũ ipſi non deſint alia, quę dominanti maxime aduerſant̃, atq; repugnãt: deinde uero ipſi dominanti primo cõuenit ita ut, neq; uere ſiplex ſit, & quam ſiplicitatẽ habet, eam dominãti acceptã referat, non ſit autem ipſius cõpoſiti propria, inde colligit̃ etiã quomodo nam corpus illud moueri poſſit, cũ ſit ex contrariis conſtitutũ, oppoſitis .n. motib⁹ ipſum moueri oporteret, reſpondet Ar[s]. corpus

hoc ratione prędominantis moueri,
Cæterũ ex his, duo emergunt cõſide
randa, de quibus nondum fuit habita
mentio, alterum eſt, an prædomi-
nans, in mixtis, ſit ipſorũ motus cau
ſa, alterũ, qualis nã ſit ille motus, sí
plex ne, an cõpoſitus, De primo itaq;,
cũ dicit, ꝙ elementũ prędominans,
eſt illius motus cauſa, hoc poteſt du
pliciter intelligi, vel ·n. ꝙ ipſũ elemẽ
tũ, ſecundũ ſe conſideratũ, ſit prima
motus illius cauſa, ita ut, qđ primo
mouet, ſit elementum illud, deinde
moto ipſo, totum cõpoſitũ moueat,
ac ſi terra sĩplex eſſet quę mota, ignẽ
annexũ, & aerẽ, ſecum deorſum tra-
heret, vel ꝙ mixtũ quidẽ ſit qđ per ſe
mouet, eius ꝙ primo ſit ille motus,
ratione illarũ tamẽ diſpoſitionum, in
quib⁹ forma mixti reſidet, ſi ergo ea
fuerit qualitatũ temperies, ut grauia
prædominent, deorſum feretur; ſin

leuia ſurſum, ꝙ ſi primo modo hæc propoſitio accepta fuerit, falſa erit, multa ꝙ incõmoda ſequẽť, ac primo ꝙ motus mixti, ſimpliciter naturalis non erit, ſed aliquo pacto violentus, Nam quæ uincunť in mixtione elementa, ea ui illuc ferenť, quo prædominans ipſa ſecum attrahit, ꝙ niſi quid uiolenti, eſt in hoc motu admittendũ, neceſſarium erit profecto, ꝙ quatenus ad unam tẽperiẽ ſunt oĩa redacta, unius ꝙ corporis uĩ habẽt, moueanť, non igitur prædominans erit, cui primo hic motus conueniet, ſed totũ mixtũ, per illud motus principium quod eidẽ ineſt, hoc autẽ, eſt natura, quę forma eſt, Præterea, cũ elementa ſint in mixto, uel uirtute ſolum, ſicut quidam exiſtimauerunt, uel ſaltem ita refracta, & ad unam temperiem deducta, ut iam ex omnibus, aliud corpus, ab ipſis diſtin ct

conſtitutum fuerit, neq; ſeorſum amplius inueniant̃, ſed alterius partes effecta ſint, qui fieri poteſt, ut uel p ſe moueant̃, uel per ſe mota, mixto quoq; motũ largiant̃: totũ. n. compoſitum erit, cui primo hic motus conueniet, elementis uero, tamquã partibus, quare, illud p ſe, hęc uero per accidens, quatenus ſunt in toto, moueri concedendum erit, huius q; motus principium, non erit ſola prędominantis natura, ſiquidem illa integra non eſt, neq; poteſt amplius, æque ac ſi ſeorſum eſſet, perfecta q; operari, ſed ipſius mixti natura, quę actus eſt, ex illa elementorũ temperie emergens, ſin ſecundo modo intelligat̃, uera erit, & de mente Ar[s]. forma nãq; mouet, non ſecus tamen q; requirant, diſpoſitiones illæ, quæ ipſi ſubiiciunt̃, quam ob cauſam fit, ut motus ipſum prędominans conſe

quatur, prędominans autem uoco, non unicũ tantũ elementũ, ſed quęcunque in ea natura conueniunt, a qua motus proficit, ut exemplo notum hoc reddat, graue acceptum ſit, qđ deorſum ferat, in hoc illa omnia prædominantis nomine, poſſe nuncupari exiſtimo, quę in hac natura cõmuni cõueniunt, ut ſint grauia, & a quibus mixtũ grauis denominatione ſumit, ſiue abſolute grauia fuerint, ſicut terra, ſiue comparatione dicantur talia, qualis eſt aqua, reſpectu aeris, & ignis, necnon aer reſpectu ignis; forma igitur in his diſpoſitionibus reſidens, pro ratione ipſarum diſpoſitionum, principium motus eſt in mixto, atque (ut uno uerbo dicã) sĩplex grauitas, non eſt, quæ illi mixto motũ largiatur, ſed grauitas cũ aliis tẽperata, quia tamen ipſa reliquis dominatur, ideo motus quoq;

naturã eiuſdem potiſſimũ inſequit̃,
qđ in aliis etiam qualitatibus perſpi-
cuum eſſe poteſt, cũ .n. caliditas cę-
teris qualitatibus dominatur, mixtũ
calefacit quidẽ, non ſimplici tamen
calore, ſed qui ſit cũ aliis qualitatibꝰ
contẽperatus, idipſum ergo de motu
locali coniicere oportet, ꝙ ſi obiiciat
aliquis, quid ſi nihil prædominetur?
Huic occurrit Auˢ.negãs ęquale ad
pondus dari, quod tamen per ſeipsũ
longiori pſcrutatione indigeret, quã
ego nunc prætermittã, nã alioquin
ab inſtituto nimiũ digrederer, Obii-
ciet forte rurſus alius, ꝙ ſi motus
mixti ratione prædominantis fie-
ret, concedendũ eſſet, ꝙ in eodem
tum grauia, tum leuia dominarent̃,
cũ oleum, in aqua poſitum aſcendat,
in aere uero deſcendat, cui dicendũ
arbitror, ad quod ipſe tamq; incõ-
modũ, & abſurdum deducit, illud eſſe

rationi ſumopere conſentaneū, optime que ſe inuicē hęc cōpati, q̄d in eo dē, tum graue, tum leue dominetur, ſed reſpectu diuerſorum, quo pacto ad aquam oleum collatum leue dici poteſt, ad aerē uero graue, cæterum cum in hoc explicando iam ſatis uerſati ſimus, reliquum ſuccedit conſiderandū, ſit ne ſiplex mixtorum motus, quam nam uero ob cauſam, dicet quispiam, adduci poterimus, ut negemus motum illum eſſe ſiplicē? cum mixtum moueat motu prædominantis, idem eſt ergo motus, tum mixti, tum prędominantis, certum ē autem, motum prędominantis eſſe ſimplicem, quare mixti quoque motus ſimplex erit, cum pręſertim per lineā rectā fiat, eandem que perpendicularem, neque partim aſcendat partimque deſcendat, ſed motu continuo, uel aſcendat, uel deſcendat,

Re uera tamen non eſt abſolute ſimplex, ſiquidem a cõpoſito corpore principium habet; quatenus cõpoſitum eſt, ſicut proxime ſuperius dictum fuit, compoſiti uero, quatenus eſt compoſitum, motum eſſe mixtum dixit Ars. quare mixti motum eſſe cõpoſitum, non negãdum erit, caret q; dem, illo cõpoſitionis genere quod motui facto per helicam, uel ad obliquum conuenit, ſiquidem, per rectam fit, eandemque perpendicularem, ipſi tamen deeſt alia conditio, nam pendet a pluribus principiis, licet.n. forma mixti ſit unica, uirtutem tamen plurium, atque oppoſitarum diſpoſitionum ſeruat, in quibus ipſa reſidet, & quarum ratione fit motus, quare ut ſimpliciter grauis, uel leuis, non operatur, ſed ęque ac ſi ex his tẽperata eſſet, cuius ſignum, quia oleum, & lignum, non ſimpliciter aſcẽdũnt, uel

dunt, uel deſcendunt, ſed reſpectu horum quidem aſcendunt, horum autem deſcendunt, neque obiiciat aliquis, hoc ipſum elementis mediis cõtingere, nam diuerſas ob cauſas iſtud accidere, cuilibet mentem adhibenti, compertum eſſe poterit, conueniunt quidem oleum, & lignum, cum elementis mediis, quatenus, tum hęc tum illa, mediam inter extrema naturã ſortita ſunt, differunt uero, quatenus non omnia ſunt eodem pacto media, elementa ſiquidem, per comparationem ſunt media, quare naturam ſimplicem ſeruant, a qua proprius ipſorum motus proficiſcitur, ſed oleum, ac lignum, ſunt per compoſitionem media, quę in cauſa eſt, ut forma quoque, uirtutem mediam retineat, neque grauitati ſimpliciter, aut leuitati addicta ſit, ſed cum grauitate aliquid leuitatis coniunctum

habeat : abſurdũq; profecto eſt q̃d motus factus a ſecundum quid tali, ęque ſiplex ſit, cũ eo, qui a ſipliciter tali proficiſcit̃, neq; in hoc res ſecius q̃; in alteratione ſeſe habet, non n. ęque ſiplicẽ dicemus eſſe motum ad caliditatẽ, ab igne factũ, ac ſi ab aliquo remiſſe calido fiat, nã ibi ad ſi plicẽ, hic uero ad remiſſam caliditatẽ iter erat, idem iudiciũ, de hoc mo tu eſt faciendũ, ſi corporis, uel ſipliciter grauis, uel leuis fuerit; motu ſurſũ uel deorſum feret̃, tũ uelociſſi mo, tũ per minimã omniũ lineã facto, perpendicularem uidelicet, ſin aliquid mixtionis, iã adeptum fuerit ita tñ, ut unũ elementũ longo interuallo, reliquũ ſuperet, non amplius, ęque ſiplex, ac prior, motus ſeruabi tur, ſed ſuper recta quidem, & perpendiculari fiet, eius tñ uelocitas re mittetur, q̃ ſi magis adhuc mixtum

fuerit,ut licet unũ uincat alterũ nõ excedat tñ tantopere, non ſolũ mot⁹ ęque uelox non fiet,ſed ne linea quidem, per quã mouebit́, perpendicularis ſeruabit́, uerũ, ex quib⁹ nã motus mixti compoſitus dici poſſit,iure quęret aliquis, cui reſpondendũ arbitror, ꝙ ex aſcenſu,& deſcenſu,non quia, qđ tali motu fert́, actu nunc aſcendat,nunc deſcẽdat, motu enim cõtinuo, nulla quiete interſecto, niſi quid prohibeat,uel aſcendit,uel deſcendit, ſed uirtute quatenus remiſſo motu, deorſum uel ſurſum tendit, quod ipſum motui oblique facto accidit, nam ex aſcenſu, & deſcenſu componi dicit́,non ꝙ actu,tũ aſcendant, tũ deſcendant corpora, obliquo motu lata, ſed uirtute,quatenus fit per lineam quodãmodo mediã,inter eã quę eſt a medio,& ad mediũ,iccirco deſcẽdũt quidẽ ita tamẽ,

ut a loco medio abhorere uideantur & ideo, quantū tēporis poſſunt, hoc totū, in illo deſcēſu, abſumunt, diuti usq; perſeuerat motus ille; q; ſi per lineā perpendicularē fieret, non aliter q; illa corpora moueri uident', q; ſi dū feruntur deorſum, aliquid eſſet, qđ obnixe ſtuderet, ſurſum ipſa detinere, quale animatis uidemus contingere, cum ab aliquo loco coguntˀ recedere quē inuita deſerunt, recedunt quidē, ſed quantū tēporis ſibi licet, illud totū in receſſu conterunt, unde fit, ut duplici motu, atq; (ut uulgi uerbis utar) duplici corde ipſa moueri, paſſim dicamus, ac fere in adagiū ſit receptū, idipſum ergo, de mixtis eſt exiſtimandū, prædominanti quidem oportet q obediant, ideo deſcendunt, vel aſcendunt, tardo tamē, ac remiſſo motu, quantum natura cōtrariorū expoſcit, quę pra

dominãti ſunt admixta, hanc ob cauſã, deſcenſus ille, vel aſcenſus, non eſt ſíplex, ſed cõpoſitus, nolim tamen q̃ aliquis exiſtimet, me ſentire, motũ mixtorũ, uiolentum eſſe, eſt.n. maxime naturalis, cũ a forma fiat, ita affecta, ſicut requirunt illa contraria, ex quibus mixtũ cõponit̃, ęque ac remiſſe calidũ, cũ calefacit, natura quidẽ calorẽ generat, non tamen ſíplicẽ, quẽ ſi eſſet abſolute calidum, poſſet producere, ſed remiſſũ, ita ut ſimilitudinẽ gerat eius, quod ui operat̃, cũ tñ nulla ibi uis adſit, nã ſuapte natura, eſt aptũ ita calefacere, ſicut ea, quę ui aliqua impulſa, operantur, huius aũt cauſa eſt, contrariorũ, qua conſtat ad mixtio, idipſũ de mixtis, ſentire oportet, cũ ſurſũ, uel deorſum ferunt̃, naturalis q̃dem eſt; motus ille, cũ forma talẽ motũ reqrat, ob contrarias quę ipſi ſubii-

ciuntur diſpoſitiones, refert tamen eius corporis motũ, q̃d ui deorſum trudit, uel ſurſũ impellit, Iccirco ſi rẽ exactius indagare uoluerim⁹, mix tus erit quodãmodo dictus motus, ex lineã quę a medio eſt, & quę ad mediũ, non ita, ut per lineã, diuerſę ab his ſpeciei, ferat, ſed q̃a dũ deorſum tendit, imaginẽ illius gerit, quod ui deorſum proiicit, atq; ita mouet, ac ſi ab aliquo, omni ſtudio, ſurſũ detineret, ita ut in illo motu, utriusq; li neę cõſideratio ĩcidat, tum ei⁹ q̃ a me dio eſt, tũ ei⁹, q̃ ad medium, hac q; ratione ex aſcẽſu, & deſcẽſu, cõpoſitus dici poteſt, cũ tñ, vel ſolum aſcẽdere, uel deſcendere, quod fert, uideam⁹, q̃d uero prius dictũ fuit, a ſola ſpatii ſĩplicitate, motum non reddi perfecte ſĩplicẽ, eſt intelligendum, ſicut ibidẽ declaratum fuit, de illa ſpatii ſĩplicitate, quæ uulgo nota eſt, non

adiecta iſta de qua nunc ſermo habi tus fuit, quę a principiorum ſiplici tate, potius q; a ſpatio, iure ſumenda eſt, ꝙ reſpiciendo ad principia com modiſſime, ad ſpatium autem incō mode, explicari poteſt: verum ne ip ſe ſolus, huius ſentētiæ fuiſſe uidear, ꝙ mixti motus, non ſit ſiplex Alexā dri uerba non reticebo, quę Simp[s]. cōmemorauit, ſi naturalibus corpo rib⁹ (inquit) eſſe, eſt habere principi um motus in ſeipſis, horum uero, quædam ſunt ſiplicia, quędā cōpoſi
,, ta, rationi conueniens erit, ꝙ ſipli
,, cium corporum motus ſint ſiplices,
,, cōpoſitorum uero cōpoſiti, rurſus ꝙ,
,, ſiquis motus eſt ſiplex, idē eſt etiam
,, unus, non econuerſo, nam cōpoſiti
,, motus, unus quidē eſt non tñ ſiplex,
,, cum in eo ſint plura prīcipia motus.
,, in primo etiā de anima, cap[c]. ii ſcrip
,, tum reliquit, ꝙ in ſiplicib⁹ quidē cor

,, poribꝰ cum adſit forma ſiplex, ſimpli
,, cis quoque motus erit principium;
,, at in mixtis, cum plures formę, una
,, conueniant, quarum unaquęque for
,, mā cōmunē quodāmodo afficit, eſt
,, n. formarum forma, non ęque ſiplex
,, amplius motus ſeruabit, ſed multa
iā continget diuerſitas: quin, & ipſe
Simp^s. atque Au^s. corporibus cō-
poſitis, principia plurium motuum
ineſſe non negauerunt, qđ cum ſit, q
fieri poterit, ꝙ motus ille ſit ęque ſi-
plex, ac ſi eſſet corporum ſiplicium,
quibus vnicum tantum ineſt motus
principium? Quod vero dicebatur,
mixtum moueri motu prædominan
tis, nullius eſt momenti, non . n. ita
mouet motu prędominantis, ut prę-
dominans motu proprio latum, ſit in
cauſa, cur mixtum moueatur, ſed tā
q; diſponentis, & inclinantis formā,
ut ad illum locum, motum dirrigat,

in quo ipſum ſecundũ naturam per⸗manet, unde non ſequit̃ ꝙ ille mo⸗tus, ſit ſimplex, tantundẽ etiam no⸗bis officit, qđ poſterius dicebat̃, hęc nẽpe corpora, per lineã rectã, atq; perpendicularẽ moueri, neq; partim aſcendere, partim ue deſcendere, ſed dũ ferunt̃, uel sẽper aſcendere, uel ſemper deſcendere, neq; .n. illa ſpatii sĩplicitas uulgo nota ſufficiebat, ſed principiorum etiã a quibus motus pendet, sĩplicitas requirebat̃, a qua ſpatiũ quoq; exacte sĩplex reddeba⸗tur, motus q; sĩpliciſſim⁹ fiebat, neq; ideo cõpoſitus eſſe dicit̃, ꝙ actu par tim aſcendat, partim deſcendat, ſed quia uirtutẽ huius utriusq; motus ſeruat, non poteſt .n. intelligi, mo⸗tus mixti, quin ſimul, tũ a medio, tũ ad mediũ linea intelligat̃, alioquin non eſſet diuerſus a motu ſimpliciũ, qđ tñ eſſe inconueniens, iam prius

demonſtratũ fuit, ac nunc rurſus re-
petere non recuſabo, ut hęc, quam
ipſe ueritaté eſſe arbitror, cuiuslibet
animo firmius hęreat: Si principia
horũ motuũ ſunt diuerſa, cur ipſi mo
tus iidem erunt? ſunt auté diuerſa,
quia in sĩplicib⁹, motus principium
eſt sĩplex, & exquiſita grauitas, uel le
uitas, in mixtis uero remiſſa, atq; in-
firmata, quare illũ eundé motũ exer
cere non poterit, qué poſſet, ſi eſſet
integra, & a contrariis abſoluta, at
dicet aliquis, non dat́ in rerũ natura
talis motus sĩplex, cũ neque sĩplex
elementũ det́, cui ipſe reſpondeo,
ꝗ non curat Arˢ. ſiue det́ in rerũ na-
tura motus rectus ſimplex, ſiue non
det́, nã ipſo non eſt uſurus, ſibi uero
ſat erit, ſi conceſſũ fuerit, actu, ſeor-
ſũ que dari motũ circularé sĩplicem
qđ accipit tãq; demonſtratũ in viii
phyˢ. ſicut dictũ fuit ſuperius, atque

huius rei demonſtratio, hoc princi-
pio initiũ, eo q eſt primus omnium,
ſiquidem inde ſequit neceſſario, q ſit
abſolute ſiplex, alioquin priores illi
eſſent, ex quibus iſte cōponeretur,
at dubitabit forte aliquis, quid ſiquis
dixerit, ipſum cōponi ex diuerſis cir-
cularibus, ſicut ex eo, qui eſt ab or-
tu, i occaſum, atque illo qui fit ab oc
caſu in ortũ? licet .n. ab Ar^e. viii
phy^ſ. demonſtratũ ſit, q ſit prior
omnib' rectis, atque ob hanc causã,
ex ipſis cōpoſitus dici nequeat, non
fuit tñ demonſtratũ, quin ſit ex diuer
ſis circularibus cōpoſitus, Huic facilli
me occurri poteſt, q licet Ar^s. non-
dũ demonſtrauiſſet, motui circulari
nihil eſſe contrariũ, hoc tñ ſuppo-
ſuit, tãquã paulo poſterius demon-
ſtrãdũ, ꝓpterea, dũ motuũ ſipliciũ
diuiſionem faceret, rectũ bifariã, in
eũ q eſt a medio, atque illum qui eſt

ad mediũ diuiſit, circularẽ indiuiſum reliquit, qđ egregie, tũ Sip[s]. tũ expoſitores reliqui notauerunt, dum oſtenderet etiã, cœlũ eſſe ingenerabile, hoc eodẽ principio eſt uſus, tã- q; poſterius demonſtrando, ꝙ motui circulari nihil eſt contrariũ, quę cũ ita ſeſe habeant, nullus poterit, ad hoc confugere, ut dicat, illũ motum ex diuerſis circularib⁹ eſſe cõpoſitũ, cũ motus circulares ſibi inuicẽ non ſint contrarii, neq; naturã diuerſam habeant, non ſecius que à ſeinuicem ſeiuncti ſint, q; homo Arabs, ab homine Italo, diſtinguatᷣ, quemadmodũ Au[s]. adnotauit, Hinc etiã manifeſta fit ueritas principii ab Ar[c]. deinceps accepti, textu v i i i ꝙ ſiplex motus, eſt corporis ſiplicis, dicat.n. quis oppoſitũ, ſiplex ergo motus erit corporis cõpoſiti, atqui acceptũ iã fuit, ꝙ corporis cõpoſiti motus fit

a prędominanti, tantũ uero abeſt ꝙ
qui ſit ratione prædominantis ſit ſi-
plex; ut contradictionẽ implicet, di-
cere ꝙ ſit ſiplex, & ꝙ ſit a prędomi-
nanti, Nam cũ prędominans dico, ea
quibus dominat́ intelligo, quę ſunt
ipſi contraria, quare cõpoſitionẽ ex
diuerſis naturis, ac motuũ principiis
ſignifico, quę oportet ꝙ non ſecius
operent́, q̃; ſeſe habent, qui poterunt
igit́ motũ ſiplicẽ efficere? quẽ ergo
motũ ſiplicẽ eſſe ſtatuebam?, ille ſi-
plex non erit, contradictionis ꝙ re-
darguemur, quare, quin motus ſi-
plex ſit corporis ſiplicis, (quantũ
ad ipſius ſiplicis naturã pertinet) ne-
mini eſt ambigendũ, ex his aũt prin
cipiis, eodẽ textu principalẽ conficit
demonſtrationẽ, quæ eſt; ſi dat́ mo-
tus ſiplex circularis, dabit́ etiã cor-
pus ſiplex, circulariter latũ, ex pro-
pria ipſius natura, atqui dat́ motus

ſimplex circularis, dabit̃ igit̃ corpus ſiplex, qđ, circulari motu ſecundũ naturã mouebit̃, propoſitionis hypotheticæ neceſſitas, pendet ex principio, proxime ſuperius cõmemorato, ꝙ ſiplex motus, eſt corporis ſiplicis, hoc rurſus, ex alio prius accepto confirmat̃, ꝙ corporis ſimplicis motus eſt ſiplex, ſicut iam ſuperius oſtenſum fuit, aſſumptũ uero ſumit̃, ut demonſtratũ viii. phy*. qđ ipſum etiã ſuperius dictum fuit, quare cõcluſio deducit̃ neceſſario, ꝙ det̃ corpus ſiplex, cui ſecundũ naturã hic motus conueniat, Neque uelĩ ꝙ aliquis obiiciat, Ar^m. cõmittere petitioné principii, cum accipiat, dari motũ ſiplicé circularé, hic uero eſt, (ſicut a me fuit expoſitũ) qui caret diuerſitate principiorum, illũ motũ efficientium, quare accipit conſequenter, corpus circulariter motũ,

ſiplex eſſe, hoc tñ eſt illud ipſum qđ demonſtrandũ erat Nã eadẽ uia ipſe oſtenderẽ, nunq; licere, ex effectu, cauſã colligere, omnis .n. effectus, ĩ ſui ratione cauſã includit, quare dũ effectu, pro medio utimur, cauſam ſupponimus, quamobrẽ, illud acciperet, qđ demonſtrare nobis propoſuiſſemus, non tñ, re uera, cõmittiť petitio, ſiquidẽ, cũ effectum accipio, non utor eius definitione, neque ad ipſius cauſas reſpicio, alioqn ea eſſet demõſtratio pp quid nõ quia, ſed effectũ ſumo, tãq; rẽ neceſſario coniunctam cũ cauſa, quã eſſe mihi notũ eſt, inde que, cauſã etiam eſſe, efficio, hoc igiť ipſum exiſtimandũ eſt, Ar^{m}. in præſentia obſeruaſſe, licet q; in explicanda motus exacta ſimplicitate, illud ego adiecerim, motũ ſĩplicẽ a ſĩplici principio pendere neceſſario, ad hoc tñ Ar^{s}. non reſpexit

ſed ad illud potius quod ex dictis viii. phy℞. colligit, dari motũ circularé sĩplicissimũ, cũ ſit primus omniũ, cognouit auté, motũ ſimplicé, cũ ſimplici corpore, neceſſario copulatum eſſe, unde collegit, illud quoque corpus ſimplex dari; Hactenus, demonſtrationis neceſſitaté perſpicuã eſſe factam arbitror, nunc ſuperſunt cõſideranda, quæ fuerunt poſterius adiecta, ut oſtenderet, ꝙ hic motus eſt proprius eius corporis, qđ faciendũ erat, alioquin demonſtratũ non fuiſſet, ꝙ corpus illud eſſet naturæ diſtinctæ, a quatuor elementis, qua in parte, multa quidé eſſent conſideranda, ſed ne totũ primũ librũ de cœlo, in his cõmiſceam plurima reticebo, Duo ſunt, quę miſſa facienda non eſſe duxi, alterum, quia uidet̃, ꝙ Ar'. manifeſtam rurſus petitioné principii cõmitat, nã dum ſtudet oſtẽdere,

motum

motum circularē eſſe proprium il-
lius corporis, ut ex hoc, demum col
ligat, ipſum eſſe, naturæ a quatuor
elementis diuerſę, confeſtim accipit,
q̄d eſt demonſtrandum, illud nempe
corpus, ſecundum naturam, a qua-
tuor elementis diſtingui, dicit enim
violentia poteſt alii corpori conue-
nire ſecundum naturam minime, ac-
cipit igit̄ ea corpora eſſe alia, naturę
que ab hoc diuerſę, Huic reſponden
dum, cenſeo, quod accipit Ar^s. illa
corpora eſſe alia, non ſecundum
naturam; ſed motum, ex qua di-
uerſitate naturę deinceps diſtin-
ctionē colligit, cum ergo tria ſint mo
tuum ſīplicium genera, circularis, a
medio, & ad medium, demonſtran-
dum ſumit, ꝙ motus circularis ſecun
dum naturam, illis cōuenire nequit,
quæ ſuapte natura motu recto ferun
tur, atque hac ratione ipſa uocat alia,

qnatenus .ſ. aliis motibus moueri apta ſunt, hoc uero q; diuerſis motibus moueant̃, iã ſuperius declaratũ fuit; Alterum, q̃d multa indiget cõſideratione, & quod plurimos torſit (quantum ipſe poſſum coniicere) hoc eſt, q; in textu x. uel ſibi aduerſari, uel nihil concludere Ar^s. uidetur nã cũ dixit, niſi motus circularis sĩplex, erit ſecundũ naturã lati corporis, oportebit q; ſit pręter naturam, quẽ nam quęſo uocat motũ præter naturã? illum ne, qui eſt contrarius naturæ illius corporis? at ſi hoc intelligeret, diuiſio illa non eſſet neceſſaria, q; nẽpe, niſi ſecundũ naturã ineſt, oporteat ipsũ pręter naturã illi corpori conuenire, ſiquidẽ ſupra naturã ipſius eſſe poteſt, qualis eſt motus circularis ignis, ſi uero præter naturã uocat, illũ omnẽ, q non eſt ſecundũ naturã, quomodo dicit, motũ

præter naturã eſſe contrariũ motui naturali? falſum enim hoc eſt, & cõtradicit dictis ab eodem primo Met. ꝙ hypeccauma circulariter fertur, cũ tamen ille motus non ſit naturalis, quia proprius motus ignis eſt aſcenſus, neq; contra naturã, nam ex dictis ab Ar. in pręſentia, contingeret, ꝙ corporis igni contrarii naturalis eſſet, Hanc dubitationé Simp. & Au. diluere ſtuduerunt, conceſſerunt q; utrique, ꝙ de motu contrario naturali, ſermo fiat, neq; .n. negari poteſt, verũ Simp. eius diuiſionis neceſſitaté pendere dixit, ex ea conditione adiecta, ſiquidem eſt sīplex, quaſi dixerit Ar. cui corpori conuenit motus sīplex, illi neceſſario, uel ſecundũ naturã, uel contra naturam ineſt, q uero fit medio modo, ille nõ eſt sīplex, ſed cauſam a Simplicio peteré, cur motus ſimplex, non poſſit

alicui corpori, ſupra naturã conue-
nire, cũ tamen rationi ſit magis con-
ſentaneũ, ꝙ ꝗ ſupra naturam con-
uenit, ſit ſimplex, q́; ꝗ contra naturã,
neque enim in priori adeſt natura
quę motui tantũ aduerſetur, quantũ
in hoc, ſi dicat᷑, illum iccirco nõ eſſe
ſimplicẽ, quia dum ignis circulariter
fert᷑, partes nunc aſcendunt, nunc
deſcendunt, quid uero prohibet, ꝗn
ĩpſum fieri, ſine hoc partium aſcenſu,
uel deſcenſu, intelligamus? Aus.
aũt dixit, Arm. hoc prius poſuiſſe, ꝙ
omnes motus ſimplices, in his corpo
ribus quatuor, ſunt contrarii, quia
hæc corpora ſunt contraria, nã inde
fit, ut ſiquis horũ motuũ ſimpliciũ,
(eius .n. uerbis utar) inueniatur in
alio corpore, cui non eſt naturaliter,
ut ſit contra naturam, quia quando
non eſt naturale cõtrario ſuo, eſt con
trarium ſuo motui naturali, Atqui,

vel ipſe fatebor, hoc ita ſeſe habere, in motibus rectis, & illis corporibus, quorũ motus recti ſunt proprii, ſed de motu circulari ſecius eſt dicendũ, neq; .n. eſt contrarius alicui motui, neq; corpus, cuius eſt proprius, alicui aduerſat, quare non eſt neceſſariũ, q; cui conuenit, uel ſecundũ naturã, vel contra naturam conueniat, Quod ſiquis expoſitionem a me dictam ſequutus fuerit, hæc dubitatio, quę alioquin eſſet difficillima facillime dilui poterit, ad hoc .n. reſpicit Ar^s. ut oſtendat, motum illũ circularẽ, eius corporis eſſe propriũ, cui ſecundũ naturã ipſum conuenire, demonſtratũ fuit, quod hac uia conſequit, niſi eſſet proprius (inquit) eius corporis, neceſſariũ eſſet, q; alii corpori, uel ſecundũ naturã, uel contra naturã ineſſet, his .n. duob⁹ modis tantũ, poſſet quis impugnare, q;

eſſet illius corporis proprius , nam ꝙ ſupra naturã alii conueniat, non arguit , ipſum non eſſe dicti corporis propriũ, ſiquidẽ hoc non eſt aliud, q̃; ſiquis dicat, ꝙ quãtũ ſpectat, ad propriã ipſius naturã , neq; aduerſat̃ illi motui, neq; ipſum requirit, ſed ꝙ ipſum habeat, hoc penitus ab extrinſeco proficiſcit̃, ex quib⁹ dictis, quis eſt qui neſciat colligere, illum motũ, huius corporis nõ eſſe propriũ? quare non euerteret̃ propter hoc Ar^is^. poſitio , at ſi alii ſecundũ naturã ineſſet, iã non eſſet eius , de quo prius dictũ fuerat , proprius, ſi conueniret etiã alii contra naturã, eſſet naturalis corporis cõtrarii , quare ex hoc quoq; idẽ colligeret̃ , ꝙ nõ eſſet ꝓprius dicti corporis, duo hęc igit̃ mẽbra fuerunt deſtruenda, ex dictis, perſpicua eſſe poterit, dubitationis propoſitę diſſolutio , nã motũ pręter naturã

uocat illum, qui eſt contrarius mo-
tui naturali, neq; abſolute dicit, q
motus, cuicunq; ineſt, uel ſecun-
dũ naturã, uel præter naturã inſit, ſed
q niſi eſſet proprius, corporis circu-
lariter lati ſecundũ naturã, neceſſa-
riũ eſſet, q aliis, illis uidelicet, quæ
motu recto ferunt, uel ſecundũ na-
turã, uel præter naturã, conueniret,
qđ eſt, ac ſi dixiſſet, contra naturam,
ſed cur nã, quęret aliqs, adiecta fuit
illa conditio, ſiquidẽ eſt sĩplex? Re-
ſpondeo, q fuit appoſita, ut exclu-
deret motus animaliũ, q ratione ani
mæ naturalis dici poteſt, ratione cor
poris uiolentus, ſicut v i i i phy℞. di-
ctũ fuit, neq; de ipſo licet dicere, q ſi
mot⁹ deorsũ ſit naturalis mot⁹ ſurſũ
ſit cõtra naturã (qñ .ſ. ea mouẽt
quatᵉ. sũt alia) ſiqdẽ, ad oẽm differẽ
tiã loci, tũc moueri poſſunt, exiſtimã
dũ eſt igit, Arⁿ, non aliud, per illam

conditionē, ſignificauiſſe; q; hoc, niſi motus circularis eſſet proprius corporis quinti, oporteret quod alii cōueniret, uel ſecundum naturam, uel contra naturam, ſiquidem eſt ſimplex, nam ex compoſitis, nihil prohibet, quoſdam aliquo pacto ſecūdū naturam, aliquo autem contra naturam dici, qualis eſt motus animaliū; de quo etiam non eſt uerum dicere, qđ ſi motus, deorſum puta, ſit naturalis, huic oppoſitus ſit contra naturam, ſiquidem, ad omnem differentiam loci mouentur, ſicut prius dictū fuit, ex his ergo quę hactenus dicta ſunt, compertū eſſe poteſt, corpus cœleſte, mixtū non eſſe: Quod autem dixit Plato in timęo, ſine igne .ſ. nihil uideri poſſe, uel ſine terra tāgi, aliud mixtionis genus ſignificat, qđ, cū naturę ſimplicitate maxime cōuenit, neque de igne tunc loquebat᷑

uel terra quę materiam habent, uerũ hęc omnia, poſterius nota fient, eſto igitur certum hoc, corpus cęleſte ſimplex eſſe, atqui, cũ ſimplicem eſſe aliquã ſubſtantiã dico, dupliciter poſſet hoc intelligi, uel .n. ita ut licet ſimplex ſit compoſitione tamen materię cũ forma non careat, ut ea, quę uocãtur elemẽta, quę, licet ex materia, & forma, ſint compoſita, dicũtur tamen ſimplicia, ut a mixtis ſeiungantur, uel rurſus ita ſimplex, ut ſit unica natura per ſe, ac ſeorſum ab aliis omnibus, propriũ eſſe retinens, ex materia & forma non conſtituta, qualis eſt materia per ſe accepta, necnon forma, Auic[a]. igitur, (quod habetur primo ſuę ſufficientię capite iii. idem qꝫ ex libro de cœlo, cap[e]. iiii. colligi poteſt) Auicẽbron etiam, ſicut refert diuus Tho. prima parte ſummę, quęſtione lxyi. art[o]. ii. necnon ipſemet

diuus Tho. tũ ibidem, tũ viii. phyſi.
lectione xxi. tũ primo cœli lectione
vi. Egidius quoqꝫ, in proprio de hoc
quęſito, atqꝫ Achi. libro de orbibus,
dubio primo, inter Gręcos quoqꝫ Io.
Grammꝰ. (quod in ſuis libris, quos
aduerſus Proclũ conſcripſit, ubiqꝫ
locorũ prędicat)omnes in hoc con-
uenerũt, ꝙ cœlũ ſit compoſitũ, ex ma
teria, & forma dante eſſe illi cõpoſito
materiamqꝫ perficiente, differunt ta-
men, nã Achi. ſenſit materiam cœli,
non eſſe in potentia, ſed actu, iccir-
coqꝫ, cœlũ, ex materia, quę actu ſit,
componi, & forma, quę ipſi propriũ
eſſe largiatur formamqꝫ cœli, dixit
eſſe intelligentiam: diuus autẽ Tho.
ex materia, quę ſit in potentia ad
formam cœli, ipſum conſtare cre-
didit, ipſam tamẽ, in ratione ac natu-
ra, a materia ſublunarium, diuerſam
eſſe cenſuit, formam uero de genere

animatum eſſe negauit, ideoq́; quęſtione lxx. primę partis ſummę articulo iii. concluſit, cœlũ non eſſe animatũ, formam uero, dixit, illi corpori largiri, ꝙ ſit tale corpus, at pro motu conficiendo, intelligentia opus eſſe, non ſecius ac res ſeſe habeat, de corde animalis, in quo, pręter formã cordis, requiritur anima, ut moueri poſſit, reliqui uero omnes, quos recenſui, in cœlo materiã collocauerunt, non ſolũ quę ſit in potentia ad formã, ſed eiuſdem quoq́; rationis, cũ materia ſublunariũ, inter hos autem, Auic. exiſtimauit, formam eſſe animam orbis diſtinctam ab intelligentia, ita ut, ſicut tres ſunt opiniones de cęli materia, uel ꝙ ſit actu uel ꝙ in potentia quidem, ſed diuerſę rationis, a materia iſtorũ ſublunarium, uel ꝙ eiuſdem ſit rationis cum hac, ita tres fuerit opiniones de forma, ul'

ꝙ ſit intelligentia, uel ꝙ ſit anima, diſtincta ab inrelligentia, uel ꝙ ſit forma, tribuens ipſi, ꝙ ſit tale corpus, nõ tamen anima, ſolus autem Ioannes Gramm^s. inter hos, cœlũ eſſe corruptibile credidit, quod eſſe falſum nũc ſupponatur, neque.n. hoc mihi in pręſentia inueſtigandũ propoſui, an uero intelligentia ſit, quę ipſi eſſe tribuat, an anima, an aliqua alia forma ſuperfluũ eſt inueſtigare, ſiquidem, corpus cœleſte ita ſimplex eſſe, ut a nulla forma eſſe ſuſcipiat, demõſtrabitur: Quod igitur cœlum, ex materia, & forma, ſit compoſitũ, in quo omnes conueniunt his rationibus pſuaderi poſſet, Mouetur .n. dicebat Au^s. primo cap^e. de ſubſtãtia orbis, at motus, arguit neceſſario, compoſitionem ex mouente & moto, quorum utrunque materiæ rationem habere non poteſt, illud .n. mouet, qd

actu eſt, neque formę, quod.n. mo‑
uetur eſt, in potentia, ex materia ita
que, & forma, ipſum componi dicē‑
dū erit, cū prȩſertim, compoſitio ſub
ſtantialis, accidentalē prȩcedat, ſi‑
quidem accidentiū fundamentū, eſt
ſubſtantia compoſita, compertū eſt
autem, accidentalem compoſitionē,
cœlo adeſſe, alioquin non eſſet ſenſi‑
bile, quare relinquit, ut neque ſub‑
ſtantiali careat, huc etiam tendit diui
Tho. ratio, facta tū viii. phy℞. le‑
ctione xxi. tum primo cœli, lectionȩ
vi. tum prima parte ſummȩ quȩſtio‑
ne lxvi. quam Eg^s. quoque accepit,
omnis ſubſtantia, in tria hȩc mem‑
bra eſt diſtributa, materiam, formā,
atque compoſitū, cœlū itaquȩ cū ſit
ſubſtantia, ad aliquod ex his tribus
reducetur neceſſario, non eſt autem
materia quia quod eſt in pura potē‑
tia, motu locali, moueri nequit,

neque forma, tũ quia forma non eſt ſubiectũ motus, tũ quia eſt ex ſe in-diuiſibilis, diuiditur autẽ ratione ma-teriȩ, cũ prȩſertim ab Au^e^. ipſo pri-mo cap. de ſubſtantia orbis, dictum fuerit, ꝙ ſi forma, prȩcederet quanti-tatem in materia, eſſet indiuiſibilis, multo igitur magis, ſi ſeorſum fuerit, a materia ſeparata, reſtat igitur, ip-ſum ſubſtantiã eſſe compoſitam, hoc ipſum, confirmãt rationes Eg^i^. acce-ptȩ, tũ ex raritate, & denſitate, tum ex ſingularitate, ex raritate quidem, ac denſitate, aſtra.n.ſunt reliquis par tibus orbis denſiora, ſed ex ii. de ge-neratione xxxvii. quãdo aliqua ſunt ſecundũ rarum, & denſum, compa-rabilia, illis unũ ſubiicitur, quod eſt materia, in cœlo igitur materiam eſ-ſe, nõ eſt negandũ, atque in qua par te, plus materiȩ repitur, ea eſt dẽſior, in qua minus, illa rarior, ex ſingula-

ritate uero, quia ſubſtãtia, quę ſua pa-
te natura, indeterminata eſt, ac uni-
uerſalis, ratione materię ſit ſingula-
ris, ſi ergo, cœlũ eſt ſingulare, mate-
riam habet, & ideo dicebat Ar^s. pri-
mo cœli xcii. cum dico cœlũ formam
dico, cum uero hoc cœlũ dico, ma-
teriã dico, rurſusque in xcv. cœlum
eſt ſingularium, & eorũ quę ex ma-
teria, & ꝙ eſſe ipſi cœlo, & huic cœ-
lo, non eſt idem, quod etiam confir-
mari poſſet, ex dictis ab Ar. vii. Met
xlii. cum rationem aſſignabat cur ſin-
gularium, non ſit definitio, eam .n.
eſſe dixit, quia materiam habent, his
addi poſſet, quia, orbes sũt plu-
res, materia uero, eſt cauſa plurali-
tatis, ex Ar^e. xii. Met^s. xlviiii. ꝙ de-
mũ materiã habeant, quę ſit eiuſdem
rationis, cum materia ſublunarium,
Eg^s. multis rationibus tentauit per-
ſuadere, illo tamẽ ſuppoſito, de quo,

proxime ſuperius, habita fuit mẽtio,
cœlũ nempe, ex materia, ac forma eſ
ſe compoſitum, atqui ex ipſis, ut duo
bus actu exiſtẽtibus, cõponi nequit,
non.n. unum fieret, nam duo actu,
non ſunt unũ actu, dicebat Ar^s. vii.
Met^s. xlviiii. ex altero igitur cõpo-
netur, ut pura potentia, eſſet igitur
actu aliquo modo, tunc que uel non
fieret unum, uel ſaltem minus unũ,
quam ſint materialia, actus .n. prohi
bet receptionem, atque unionẽ, quã
potentia ſũmopere appetit, hoc ta-
men maxime abſurdum eſſe, nemo
ambiget, cum unio illa ſit perpetua,
horum uero ſublunarium unio defi-
ciat, erit igitur in pura potentia, qua
re, cum materia ſublunarium in eo
conueniet, per quod ipſius natura de
terminatur, per potentiam.n. defini-
tur, ſicut dicebat Au^s. primo cap^e. de
ſubſtantia orbis, cur ergo, non erũt
una materia

una materia, eiuſdemq; rationis, cũ in eo conueniant, per qđ natura ipſarum determinat : cũ pręſertim, uel ex ipſo met. Au^r. xii Met^s. xiiii. non alia uia cognoſcamus primã materiam, eſſe unã numero, q; quia caret omni eo, qđ poſſit diſtinctioné cauſare, actu.ſ. at hac eadé uia ipſe quoq; (inquit Eg^s.) manifeſtũ faciam, materiam cœli, eandem eſſe, cũ materia ſublunarium, ablato. n. omni actu, utrę q; remanebunt in pura potentia, quare nihil aderit, quo diſtingui poſſint, In pura .n. potentia, nulla eſt diſtinctio, cũ actus ſit, qui ſeparat, & diſtinguit, ex vii. Met^s. xlviiii ob hoc que dictũ fuit ab Ar^s. primo Met^s. xvii. in fundamento naturæ, nihil eſt diſtinctũ, hanc quoque opinioné confirmant ea, quæ ab Ar^e .ii. Met^s. demonſtrata fuerunt, q; ſ. in unoquoque genere cauſæ, oportet

ad unā primam deuenire,ſtandū eſt igit̄,in una prima materia:ſed & cœli accidentia, huius rei fidem faciunt, quantitas.n. perſpicuitas, raritas,& denſitas, eadē in ipſis reperitur, cū ea,quę eſt in ſublunarib⁹,quę omnia eandem quoque materiā ibi adeſſe arguunt, præter hæc, ordo quoque uniuerſi, id ipſū teſtat̄, omnia.n. a primo ente recedūt, ſicut numeri ab unitate, ita ut quęcunque res a ſeinuicē ſunt diſtinctę, ideo diſtinguant̄, quia altera propinquior eſt primo enti, q̄; reliqua, ſi ergo hæ duę materiæ, inter ſe diſtinctæ eſſent, alteram primo enti propinquiorē eſſe oporteret,quod nequaq̄; poſſet contingere, niſi ipſarum altera, actus quo quo modo particeps eſſet, qđ iā oſtenſū fuit falſum eſſe, ꝙ ſi utræque ſunt pura potentia, utręque etiam, a primo ente æque diſtabunt, quinimo ſibi

inuice eædē erunt, cū præſertim, ſi-
cut in primo actu, nullus dat̃ ordo,
ſed mera unitas, atque ſimplicitas,
idipſũ in infima potentia continge-
re oporteat, hanc q; ob rē Ar^{s}. primo
phy^{x}. inquirens omniũ rerũ natu-
raliũ principia, unicã tantũ materiã
edocuit, unica que definitione, ipſã
declarauit, q̃ ſi eſſent duæ, diminu-
tus profecto fuiſſet Ar^{s}. inuenta .n.
materia ſublunariũ, corporũ quo-
que cœleſtiũ, materiã, uenari debuiſ
ſet, cum certum ſit, illa quoque cor-
pora, eſſe naturalia, qđ, non ſolum
non effecit, imo in oppoſitã prorſus
ſententiã, ſe iuiſſe ii. de generatione
li. aperuit, cũ dixit eſſe & numero ę-
qualia, & genere eadē, principia quę
in ſēpiternis ſunt, & in primis: Natu
ra demũ materię, hoc ipſum nobis
perſuadere poterit, eſt .n. media, in-
ter ens, & nihil, q̃ ſi duę illę inter ſe

diſtinguerentur, hoc non alia ratio-
ne poſſet contingere, q̃ uel eo q̃ al-
tera, ipſius eſſe magis particeps eſſet,
q̃ reliqua, uel q̃a, altera, in nihil ma
gis collaberetur, q̃ reliqua, ſi primũ
dabit, tunc illa materia, non eſſet
media inter ens, & nihil, ſed inter ma
teriã, & ens, ſin uero ſecundũ quis
maluerit, ſequet rurſus, illã materiã
non eſſe mediã, inter ens, & nihil
Hæc omnia, cũ diu mecũ animo uol
uerim, tandẽ ab Ar^is. mente, ipſa ma
xime aliena eſſe cõperi, ordine quẽ
ſic iubente, oſtendam primũ in cor-
porib⁹ cœleſtib⁹, materiã eiuſdem ra
tionis, cũ materia ſublunarium, non
eſſe, deinde corpora illa, materiã in
potentia nullo pacto ſortita eſſe, de-
mũ que nullam ibi adeſſe cõpoſitio-
nẽ, ex materia formã in ſe ſuſcipiẽte,
forma quę dante eſſe illi materię, ip-
ſam que perficiente Quod autem

materia careant, quæ ſit eiusdẽ rationis, cũ materia ſublunariũ Ar^s^. manifeſte docet primo cœli cxxxvi. cũ dixit materia eſt cauſa, eius qđ eſt eſſe, & non eſſe, ſi ergo corpora cœleſtia, ex tali materia cõponerent, poſſent eſſe, ac non eſſe, unde fieret ut generabilia eſſent, atque corruptibilia qđ falſum eſſe, nunc ſupponat., hoc ipſum confirmant alia Ar^is^. dicta ii. de generatione .li. materia quidem, (inqut) in generabilib⁹, eius quod poſſibile eſt eſſe, atque non eſſe, cauſa eſt, hæc eadẽ dixit. vii. Met^s^. xxii. omnia (inquit) quę fiunt, aut natura, aut arte, materiam habent, poſſibile .n. eſt eſſe, ac non eſſe, eorum qđ libet, hæc autẽ eſt, quæ in unoquoque materia, ix. etiã Met^s^. xvii. hoc ipſum aſſerit, cum oſtendit, in ſempiternis, non eſſe potentiam, nam omnis potentia, eſt contradi

ctionis, ideoque corrumpi poſſent, neque eſſent ſépiterna, addit quoque, in fine eiusdẽ textus in ſempiternis, motus continuationẽ laborioſã non eſſe, ſicut in corruptibilib⁹, huius .n. cauſa eſt, ſubſtantia illa, quæ eſt materia, atque potentia, non actu: Sed noui quid dicat Egˢ. cũ ſtudet has rationes euertere, Arᵐ. inquit, eius qđ eſt eſſe, ac non eſſe, omnis que corruptionis cauſam, retuliſſe, quandoque in materiam, quandoque in formã, quandoque in priuationem, in materiam quidem, ſicut locis citatis, in formam uero, ſicut primo phyᴿ. lxviii. cũ inquit, ſufficiens eſſe, alterũ contrariorum, ſui præſentia & abſentia, facere generationẽ, ac corruptionẽ, de forma loquutus, in priuationem demũ, ſicut in eodẽ primo phyᴿ. lxxx. priuationem, n. dicit, cauſã eſſe oĩs maleficii,

iccircoque, plurimis uideri poſſe, q̃ inter principia, nõ ſit ccnnumerãda, licet autẽ hęc tria, dicantur eſſe corruptionis cauſę, materię tamen, hoc magis conuenit, quã formę, nã formæ ratio, eſt perficere, non corrumpere, & ideo, per ſe perficit, per accidens corrũpit, materia uero, cũ ſit in potentia, appetatque formas diuerſas eſt uerior corruptionis cauſa, quã forma, neque ipſa tamẽ, eſt cauſa per ſe corruptionis, ſed hoc habet ratione priuationis ſibi coniunctæ, dicente Ar^e. primo phy^ꝶ. lxxxi qđ materia formam appetit, ſicut turpe pulchrũ, atque ſicut marem fœmina, materia ergo, atque forma, nunquã corruptionis cauſę eſſent niſi una ſecũ priuatio cõiungeretur, ablata igitur priuatione, nõ amplius cõtinget corruptio, neque .n. formę dabitur priuatio oppoſita, neque materia

ipſam ſibi annexam habebit, loca igi
tur Aris. contra ipſum facientia dicet
exponenda eſſe de materia cũ priua-
tione coniuncta, qualis eſt, quę in
generabilibus reperitur, at in cœlo li
cet adſit materia in potẽtia, ob hoc
que eiuſdem rationis, cũ ea, quę ge-
nerabilibus ſubiacet, caret tamen pri
uatione, ex conſequenti forma cœli,
priuationem oppoſitã non habet, ũ-
de fit, ut corpora illa, ſint corruptio-
nis immunia: atqui non animaduer-
tit is, dũ hęc profitetur, ſe implican-
tia contradictionem aſſeuerare, cum
dicat Ares. in libro de longitudine, &
breuitate uitę, fieri non poſse, quin
materiam habenti, contrariũ aliquo
pacto adſit, quidnam etiam, eſt aliud
priuatio, quam formæ carentia, ſer-
uata tamen, ad illam, eandemque for
mam, aptitudine, ad illarũ priuatio-
nũ differentiam, a quibus non datur

regreſſus, quidnam uero aliud apti-
tudo, quam potentia? quare priua-
tio, in ſui ratione potentiã includit,
ſed & ipſa materię potentia, priua-
tionem continet, cum re idem ſint,
ſola ratione differant, niſi.n.ſecundũ
ſe conſiderata potentia, priuationem
diceret; quomodo nam eſſent, actus
& potentia, differentiæ maxime op-
poſitę, genus unumquodq; diuidẽ-
tes? tollas ergo priuationem, ſubla-
ta erit etiam ipſa potentia, hac rur-
ſus ablata, ubinam erit materia? ſiq-
dem cum rei definitio tollitur, res de
finita ſeruari nequit, an uero mate-
ria per potentiam determinetur, ſi-
quis ambigit, is legat Arm. primo
phyr. lxviiii. & vii. Mets. viii. nõ ne
igitur hęc contradictionẽ implicãt,
dicere q illa materia ſit eiuſdem ra-
tionis, cum ea quam habẽt ſubluna-
ria, ac rurſus, qđ careat priuatione;

hoc ipſum magis adhuc confirmari, ac notius reddi poteſt, nam quę materię corporum cœleſtium potentia tribuitur, uel eſt eiuſdem rationis, cū potētia per quā materia generabiliū definitur, uel diuerſę, ſi eiuſdem, cum hęc ſit potentia contradictionis, cum qua priuatio coniuncta eſt; idem de illa ſentiendum erit, quare qđ huic accidit, ut ſit corruptionis cauſa, idipſum illi eueniet, ſin diuerſę, hę igitur materię diuerſarum erunt rationum, non eiuſdem, cuius oppoſitum ipſe affirmauerat, illud itaque quod ab ipſomet Eg. acceptum fuit, & cōtradictionis ipſum arguit, & cœlum eſſe corruptibile oſtendit, hoc autē eſt, ꝙ materia cœli, potētiam ſortita eſt, quę ab actu nunquam ſeparabitur, materia uero generabilium potentiam habet, cui non eſt ſemper actus copulatus, nā ſi utręque potētię

eiuſdem eſſent rationis, quam dicit actui ſemper coniunctã eſſe ea quãdoq; ab actu ſeparari poſſet, eſſet q; cœlũ corruptibile, ſin diuerſarũ, dicã turq; potentię ęquiuoce, ſicut re uera ſunt, & Ar. in libro de interpretatione docuit, materię quoq;, ſibi inuicem erunt ęquiuoce materię, fac .n. q; eiuſdem ſint rationis, tunc eadem potentia, utramq; definire oportbit, atq; priuatio ipſi annectenda erit, nulla igitur ratione, talem materiam quali conſtãt ſublunaria, poſſumus in cœlo ſtatuere, ac rurſus priuationem ab ipſa demere, ipſum q; cœlũ ęternum prędicare, illud uero, quod ſuę ſalutis gratia Eg. attulit indignum eſt profecto, tanto philoſopho, atq; Theologo, q; materia ſecundũ ſe conſiderata, ad nullam formam ſit in potentia, ita ut nulla potentia ſit eſſentialis materię, ſed oĩs

accidentalis, & ſine qua, materia tũ eſſe poſſit, tũ intelligi, ſiue illa ſit potentia, quæ ſemper cũ actu coniuncta eſt, ſiue potentia contradictionis, ob hocq; nemini licere, ex diuerſitate potentiarũ, diuerſam materię naturam arguere, nã potentiam contradictionis, ſecũ cõnexam habet, ratione priuationis, priuationem autẽ ſortita eſt, ratione formę, ſi .n. forma quam ſuſcipit, eſt ex illarum genere, quę oriuntur atq; intereunt, illis dabitur oppoſita priuatio, tunc q; materia priuatione non carebit, at ſi forma ęterna fuerit, nihil ipſi erit oppoſitũ, unde fiet, ut tunc materia, ſit omnis priuationis expers, quare ꝙ hanc, uel illam potentiã habeat, hoc a propria ipſius natura eſt prorſus alienũ, quod Au[is]. quoque authoritate cõfirmauit, ꝑpoſtere accepta, cũ viii. phy[x]. cõmẽto iiii. dixit, ſi materia

ſine omni forma ſubſiſteret, nõ poſſet aliquã formã ſuſcipere, eccum, inqt, ꝙ uel ipſe Au^s. cõfitetur, materiam, ſi per ſe fuerit, ad nullam formam, eſſe in potentia, cum tamen Ar^s. primo phy^x. lxix. materiæ naturam, & inuenerit, & docuerit, ad potentiã reſpiciens, quidnam .n. aliud eſt, illa, quã habet cũ artificialibus analogia, quam ꝙ ſicut ipſorũ materia, eſt ad formam artis in potẽtia, ita generabiliũ materia, eſt ad omnes formas naturales in potentia? textu quoq; lxxxi materiam ex propria natura, dixit formam appetere, quidnã uero eſt aliud, formæ appetitus, quam ad formam relatio, per quam dicitur ipſius ſuſceptibilis? ꝙ niſi potentia, per ſe, cum materia coniuncta fuerit, nõ ergo formam ſubſtantialẽ per ſe reſpiciet, cauſaque inquirenda erit, cur ex materia, & forma unum fiat, textu

tertius lxxxii. dum sibi dicendu eſſet, ꝙ ma eria ſecundū ſuam ipſius natu-
ram, ęterna eſt, potentia uſus fuit, at
que ratione potentię ipſam tempore
perpetuo ſeruari affirmauit, quibus
dictis, potentiam eſſentialem eſſe ma
terię, non accidentalem ſignificauit,
dicet forte, hoc ideo ab Ar^e^. factum
fuiſſe, quia naturalis materiam con-
ſiderat, quatenus ad formam refer-
tur, non quatenus eſt ſubſtantia quę
dā abſoluta, hoc .n. munus eſt Met^ci^.
ꝙ uero materia, ut abſolutum quid
eſt, ſine potentia conſiderari poſſit
teſtis eſt Them^s^. in celebrata pluri-
mū digreſſione, ſuper primo phy^x^.
facta, necnon Au^s^. cū primo phy^x^.
tum primo cap^e^. libri de ſubſtantia
orbis: audiat ergo Ar^m^. vii. met^s^. tex
tu viii. definientem materiam per po
tentiā, & priuationem, dicenté que,
ꝙ non eſt uel quid, uel quale, uel

quantũ, ſed potentia iſi hęc omnia, quare ipſi ſecũdũ propriam naturam conſideratę, priuatio & potentia neceſſario conueniunt, alioquin uicioſa eſſet illa definitio, per quædam.n. quę non ſolum rei naturam non dicunt. ſed neque illi neceſſario conueniunt, tradita fuiſſet, niſi etiam materia poſſet per ſeipſam formam recipere, qua nam ratione, forma eã ſui ſuſceptibilẽ redderet? quomodo ue ipſi potentiam cõmunicaret, cum ſit actus? ſed neque in quouis recipitur, ſed in eo tantũ, quod propria natura eius formę capax eſt, nam materia, & forma ſeinuicem reſpiciunt, ſed quid Ar^{m}. teſtem affero, rationibus ue utor? cum ipſemet Eg^{s}. materiã aliter explicare neſciuerit, quam per puram potentiam? atque unicuique noſtrum, dum interrogamur, qualis nam ſit natura materiæ, in promptu

ſit reſpondere, quod eſt, quę poten-
tiam ad omnes formas habet? dicet
forte illam potentiá, per quam defini-
tur materia, non eſſe potentiam con
tradictionis, ſed tam huic, quam illi
quę actui ſemper adiuncta eſt com
munem, at hoc ſi dicat, non animad
uertit, duas illas potentias, ęqui-
uoce potétias eſſe, atque inde ſequi,
q materia p quoddá ęquocú definitá
fuerit, quod eſt ualde, abſurdum, ſi
una fuerit illa materia, at ſi plures,
ęquiuoce materię dicentur, non ſe-
cius ac potentię, ſint ęquiuoce poté-
tię: Ex quibus omnibus, licet colli-
gere, quod potentia, & priuatio, a
materia ſeparari nequeant, cum in
eiuſdem ratione accipiantur, ipſis igi
tur ablatis, materię ratio mutabitur
non erit igitur hoc perceptibile có-
tradictioné que implicabit, qđ cœli
materia, eiusdem ſit rationis, cú ea
quæ

quę ſublunarib⁹ ſubſternit͂, potentia tamen contradictionis, & priuatio- ne careat, Quod uero dixerũt The. & Au^{s}. uerum eſt, ſi recte acceptum fuerit; neq; .n. potentia, ipſam mate riæ naturã dicit, eſt tamen ſecum cõ iuncta neceſſario, qđ rurſus ex Au^{c}. allatum fuit, illud quoq; peſſime ab Eg^{o}. intellectum eſt, uoluit .n. Au^{s}. ſignificare, ꝙ materia ex ſe non ſit in potentia, ſed ꝙ ſi ſeorſum, ac ſine for ma ſubſiſteret, ad nullam formã aliã tranſumutari poſſet, non quia non ſeruet potentiã, ad omnes formas, ſed quia omnis actio, fit ratione con trarietatis, materiæ uero, per ſe, ac ſine omni forma ſubſiſtenti, nihil ad- uerſat͂, maxime igit͂ optarẽ, hoc tur- de adeo, fœdũq;, a tanto philoſopho non deriuaſſe, ꝙ nẽpe materia, non neceſſario, potentiã, & priuationẽ coniunctam habeat: At dicet forte,

qđ licet materia ſuapte natura talis ſit, ut priuationẽ ac potentiam dicat, a forma tamen cœli hoc adipiſcitur, ut priuatione careat, ſiquidem non dat̃ priuatio illi formę oppoſita : vel ergo, ita demis a materia priuationẽ, ut nolis ipſam, neq; ſuapte natura, coniunctã amplius priuationem ſeruare, uel ita ut ſecundũ naturã quidẽ, ipſam ſeruet, per accidens tamen ea careat, ꝙ ſi primum datum fuerit, confiteberis ergo, uelis, nolis, materiam illam diuerſæ ab hac rationis eſſe, cũ huic priuatio, neceſſario coniuncta ſit, alioquin per ipſam definiri non poſſet, ab illa uero iam, vel ſecundũ naturã, ſeparatam intelligas, præterea, quomodo nam materiæ natura, ab illa forma mutari poſſit, ne intellectus quidem, poteſt percipere, ſi uero ſecundũ malueris, erit igiť ſecundũ naturam priuata illa forma,

quare ſecundum naturam dabitur ip
ſi formę priuatio oppoſita, qua nā er-
go ratione forma in cauſa eſſe pote-
rit, ne materię, priuatio coniuncta
ſit? præterea, ſi priuationem adhuc
ex propria natura ſeruaret, nihil pro
hiberet, quantū ſit ratione illius ma-
terię; quin ipſam forma cœli priuatā
intelligeremus, quare çœlo adeſſet
principium intrinſecū, ratione cuius
eidem non repugnaret, quin corrup
tum intelligeret, cuius oppoſitū do-
cuit Ar^s. in ultimo tractactu primi de
cœlo, & confirmat, quia niſi repugna
ret cœlū corruptū intelligere, ergo
neq; motū cœli deſinere, non eſſet
igitur, ex propria ratione, ac natura
ęternus, qđ aduerſat his, quę ab Ar^s.
viii. phy^s. tradita fuerunt, ſiquidē
ex definitione motus, eiusdem ęter-
nitatē collegit, licet aūt xii. Met^s. xli
Au^s, dixerit, cœlo adeſſe potentiam

ad quietē, illud tamen eſt intelligen
dum quatenus ad motū ſpectat, ſe-
cundū ſe, atq; in uniuerſali conſidera
tū, ſiquidem dat̃ ipſi quies oppoſita,
cui uero dat̃ contrariū, illud, (quod
ad ipſum pertinet,) ad oppoſitū trā-
ſmutari poteſt, quatenns uero, eſt ta
lis corporis motus nullam prorſus
ad quietem potentiam retinet, His
addo etiam, ꝙ non alia ratione for-
ma, omnis priuationis expertem ma
teriā poteſt reddere, niſi eo ꝙ omnē
actū illi tribuat, ad quem erat in po-
tentia, ꝙ ſi eſſet ex earum formarum
genere, quæ non ſunt animę, hoc ipſi
præſtare nequaq; poſſet, neq; .n. for
ma imperfectior, gradus perfectio-
ris, i ſe cōplecti poteſt, ſi uero anima
eſſet, uel intelligentia, neq; adhuc
poſſet hoc ipſi materiæ largiri, cum
actus uirtualis, non poſſit priuatio-
nem a materia expellere, ſed actus

formalis requirat, alioquin cũ mate
ria formam hominis habet, ad for-
mã cadaueris non poſſet amplius
tranſmutari, ſi.n. dicat hoc homini
cõtingere, quia forma, priuationem
ſibi oppoſitã reliquit in materia, ratio
ne cuius ſit, ut ipſa materia diuerſas
formas appetat, at eam relinqui non
oportuiſſet, cũ te author, ſolus actus
uirtualis, priuatione materiam expo
liare poſſit, quare ad nullam niſi no-
biliorem formam tranſmutaret, ſed
neq; illud eſt admittendũ, qđ ẽt pri-
us dictũ fuit, & nunc repetitũ, ꝙ, ſ.
materia ratione priuationis formas
diuerſas appetat, nã ex Ar^e. primo
phy^(R). lxxxi. materia ſuapte natura,
eas omnes formas deſiderat, ad quas
eſt in potentia, ꝙ ſi ratione priuatio-
nis hoc contingeret, inde ſequeretur
ꝙ oppoſitũ, ſui ipſius corruptionem
appeteret, & ideo turpis, ac pulchri

exempla, quę ab Eg°. propri ſententię confirmãdę gratia fuerunt accepta, contra ipſum faciunt, fœmina .n. uel turpe, non qua talia ſunt, hęc quidem marem, illud uero pulchrũ appetun alioquin ipſorũ met interitũ cuperent, ſed ratione naturę illi priuationi ſubiectę, quid nã uero præſtat priuatio? non aliud profecto, q; hoc, ꝙ niſi adeſſet, formæ appetitus, in materia non excitaret, nõ eſt igit principalis ratio, ſed ſine qua materia formę deſiderio detineri nequit, illud quoq;, pro uero non eſt accipiendũ, ꝙ potentiæ, quæ tũ eſſe, tũ ñ eſſe reſpicit, priuatio ſit cauſa potior, q; materia, cũ & Ar^s. locis citatis dicat, materia eſt cauſa eius quod eſt, eſſe, ac non eſſe, & priuatio, non aliud ex ſui prima ratione dicat, q; ipſum non eſſe, at quinã fieri poterit, ut non eſſe, ſit cauſa ipſius potentiæ,

ad eſſe, atq; non eſſe? quomodo rur ſus Syllogiſmo, ex ix. Met^s.xvii. col lecto, reſpondere poterit? In æter nis, inquit Ar^s. non eſt labor, qui ad eſt corruptibilibus, illa.n.ſubſtantia, quę materia dicit̃ eſt huius cauſa, ubi ergo materia, ibidem labor, in æter nis non eſt labor, quare neque mate ria aderit: Dicet forte Ar^m. loqui, de materia non ratione propriæ naturę ſed priuationis ãnexe, uerũ non pro ſpicit, in quos anfractus, ſic dicẽ do, Ar^m. coniiciat, dũ .n. ſtuduiſſet cauſam aſſignare, cur in ęternis non ſit labor, cũ idem adſit corruptibili bus, accidentalem cauſã attuliſſet, eſ ſentialem uero reticuiſſet, nam ſi ma teria, laboris, eſſentialis cauſa eſſet, quibuſcunque adeſſet, laborem ad hiberet, quare æterna quoque in la bore degerent, erit igit̃ dicẽdũ q; ſit accidentalis, cũ tamen Ar^i. multo

facilius eſſet, atque cõmodius, cauſá
eſſentialem aſſignare, quia nempe
priuatione carent, ex hoc autem ad
aliud etiam inconueniens deducere-
tur, ꝙ falſo principio uſus eſſet, hoc
uidelicet, ꝙ cœlũ materia careat, quę
nã, inquit, cauſa eſt, cur in ęternis
non ſit labor, ? reſpondet, quia ſub-
ſtantia illa, quæ dicitur materia, eſt
huius cauſa, cuius cum cœlum ex-
pers ſit, inde fit, ut neque defatiget,
at hoc, ꝙ cœlũ materia nõ cõſtet fal-
ſum eſſe, ex aduerſo reſpondebit ali
quis, dicet que, quod licet priuatio
cœlo non adſit, adeſt tamen materia,
uel ſi materiæ nomine priuationem
uoluit ſignificare, cur abuſus eſt uoca
bulo ? uel quare, materiam ratione
priuationis, huius cauſá eſſe non di-
xit ? curue in ſolam materiã hoc totũ
retulit ? ſed neque ipſi ſatis fuit, ma-
teriã dicere, quinimo, magis explicãs

quidnā materiā uocet,dictiones adie
cit, ipſā quatenus eſt ſubſtantia,ſigni
ficantes, nam dixit, ſubſtantiam illā,
quę eſt materia, huius cauſā eſſe, his
omnibus, hanc quoque rationē ad
dendam puto quod illa materia ad
formas ſublunariū,uel erit in poten-
tia,uel non, ſi primum, ſecū igit͛ erit
priuatio coniuncta,uérius que dicet͛
impotentia, q́; potentia, neque enim
agens dabit, quod poſſit ipſam ad a-
ctum deducere, alioquin corpora ip
ſa cœleſtia eſſent corruptibilia, fieri
ergo nequaq́; poterit, ꝙ ad actū de-
ducat͛, quidnam igit͛ in cauſa eſt, ne
ipsam, impotentiā potius, q́; poten-
tiā uocemus? ſi ſecundū,vel ergo,or
biū cœleſtiū materia, cū ea, quæ ge-
nerabiliū eſt, in ratione non conueni
et, uel falſum erit dictū Ar[s]. primo
phy[ſ]. lxix & vii. Met[s]. viii. ꝙ prima
materia ſit ad omnes formas in potē-

tia, falſũ quoq; dictũ Eg^{ii}. ꝙ materia ſit pura potẽtia, nã pura potẽtia oẽm actũ excludit, relationẽ tñ ad oẽs ſer uat, ratione cuius, ipſorũ ſuſceptibilis dicit̃ confugiet forte, ad illã ſuã for mã, ſatiantẽ appetitũ materiæ, unde dicet contingere, ne in materia relin quat̃ priuatio, uel ad aliã formã ap petitus, qđ a me iã ſuperius impugna tum fuit, atque oſtenſum, ꝙ eſt purũ intellectus figmentũ, & uerba, quib⁹ nihil ex parte rei correſpondet, uerũ age, hoc concedat̃, quid dicent de materia ſublunariũ? erit .n. in poten tia ad omnes formas, quare cœli quo que formam, poterit in ſe ſuſcipere, ex quo primũ ſequet̃, ꝙ det̃ illi for mæ oppoſita priuatio, deinde impo tentia rectius appellabit̃, q̃; potẽtia, cũ non adſit agens aliquod, qđ ipſam poſſit ad actũ deducere, contingeret de inceps, qđ dicebat Au^s, primo cœli

xx. ꝙ illa potẽtia ſit fruſtra, cũ ad a ctũ, nõ ſolũ nũquam ſit dedcenda, ſed neque deduci poſſit, neque illud ſilentio inuoluendum eſſe exiſtimo, quod dixit Ar^s. tũ viii. Met^s. iiii. textu et xii, tum libro etiam xii. textu x. ꝙ æterna non habent materiã, aut non talem, ſed loco ſolũ mobilẽ, non eſt autẽ neceſſariũ, inquit, ꝙ ſiqd materiã localẽ habet, idẽ, generabilem quoq;, ac corruptibilẽ habeat, neꝗ illud perfugiũ ſatis tutũ, munitũ q; eſſe arbitror, in quod Eg^s. ſe recepit, cũ dixit, Ar^m. negare cœlo adeſſe materiã, reſpectu transmutationis, non tamẽ formę ſubſtantialis, a cœlo. n. eo pacto materiã negat, quo ĩmediate ſuperius, ipsã corruptibilibus adeſſe affirmauerat, dicebat ergo, corruptibilia, quæ naturalẽ ſubſtantiam uocabat, ex ipſa ita conſtare, ut ſiquis exacte illa nouiſſe uolue

rit, hunc oporteat, materiã, ex qua cõponũt cognoſcere, ſtatim uero addit, in ſẽpiternis alia ratio, forſan .n. non habent materiam, aut non talẽ, q̃d eſt, ac ſi dixiſſet, in æternorũ definitionibus, tali materia non eſt utendũ, ſiquidẽ illa, uel omnino carent materia, uel ſaltem, tali, quare de materia ſermo erat reſpectu definitionis, non tranſmutationis, addo etiam ꝙ xii. Met^s. ęternorum materiã, aliam eſſe dixit, q; ea ſit qua conſtant corruptibilia, quæ verba, naturæ diuerſitatẽ ſignificãt: dicet forte alius, Ar^m. negauiſſe, cœlo talem materiã conuenire, qualis eſt quæ in generabilibus reperit̃, quia cœli materia caret priuatione, ſed is non animaduertit Ar^m. determinauiſſe modũ, quo illa differt a materia ſublunariũ, cœli .n. materiã, ſecundũ locũ mobilẽ eſſe dicit, erit igit̃ actu, neq; per formam,

alioquin materia non eſſet q̃ ſecundũ locũ mobilis diceretur, ſed totũ com poſitũ, neq; talem materiã , quali conſtant ſublunaria, cœlo non con- uenire, ſufficienter oſtenderet, immo quoddam falſum acciperet, ſicut mẽ tẽ adhibenti perſpicuũ eſſe poterit, ſed neq; cõpoſitũ, materię nomine ſi- gnificare potuit, tũ quia hac uoce u- ſus fuiſſet æquiuoce, tũ quia loque- bat̃ de materia, quæ pars eſt compo ſiti, quam in definitionibus ſubſtan- tiarũ naturaliũ ſumendã eſſe dixit, eã que cœlo non conuenire cenſuit, uel non talem, ponens que differen- tiam, inter cœli materiã, & ſubluna- riũ, dixit illã eſſe ſecundũ locũ tantũ mobilẽ, ecce itaque ꝙ loquit̃ de ma teria, ut eſt natura ſimplex, neque cõ poſitũ ipſum, loco materię nunc ac- cipit, cũ pręſertim, ſi de cõpoſito ſer- mo haberetur, quomodo illud recte

dictum fuiſſet, quod xii. Met^s^. Ar^s^. ſcriptũ reliquit: omnia .ſ. quę tranſmutantur, habere materiã, ſed ęterna aliam, quã quę corruptibilibus cõuenit, quę uerba, ſi recta ratione ſpectare uoluerimus, deprehendemus; ꝙ quã materiam corruptibilibus adeſſe aſſerit, illam ab ęternis negat, ex his omnibus, non obſcurum eſſe poteſt, quã ſit abſurdũ, in cœlo materiã reponere, quę ſit eiuſdem rationis, cũ generabiliũ, atque corruptibiliũ materia, omninoq;, tum ęternorũ, tum corruptibiliũ, idem eſſe principiũ intrinſecũ, cuilibet ſanę mentis, monſtrum eſſe uidebitur, nam ſi humanũ caput, equinę ceruici impoſitum, ut portentũ, omnes admirantur, cũ tamen in eodem genere proximo conueniant, ſolũ ſpecie differant, necnõ multo adhuc maius illud eſſe uideretur, ſi homini, brachia, plantarũ mo

re frondeſcerent, cũ tamẽ hæc quoque in genere aliquo conueniant, quanto igit̃ monſtruoſa magis erit illa compoſitio, quando, toto genere diſcrepantia coibunt? qđ fit cũ generabilis principium rei æternæ adiungitur, iccircoq; concluſit Alex^r. primo libro quæſtionũ naturalium, quæſtione xv. ꝙ ſi in cœlo, eſſet eadẽ materia, quam habent ſublunaria, cœlũ quoq;, inſtar ſublunariũ, eſſet corruptibile: Neque velim, ꝙ fundamenta, ab huius opinionis fautorib⁹ poſita, quemq; turbent, ſunt.n.leuia, & quę excindi poſſint facillime, nam qđ primo dicebat̃, materiam illã, in ratione, cũ materia ſublunariũ conuenire, quia ipſa quoque eſt in pura potentia, alioquin minor eſſet formę cœli unio, cũ propria materia, q; q̃ generabilibus conuenit, uerũ quidẽ eſſet, ſi cœlo cõpoſitio materiæ, cum

forma, eſſe illi materiæ largiente adeſſet, & hoc ſignificauit Ar. vii. Met. ſed aliud genus cõpoſitionis illud eſt, unde tanto uerior ibi contingit unio, q; in corruptibilibus, quanto indiuiſibile, ueriori modo, unũ dicit, q; qđ diuiſioni ſubiacet, unum namq; pluribus opponitur, quod autẽ diuidi poteſt, licet actu unũ ſit, eſt tamẽ potẽtia plurima, ſed qđ prorſus eſt indiuiſibile, illud abſolutam, ac ſimpliciſſimam unitatẽ poſſidet, quare unum diuiſionis priuationẽ dicit, iccirco uerius illud unũ erit, qđ diuiſionis erit minus particeps, forma ergo materialis, ita unitur materiæ, ut iuxta illius extenſionem, ipſa quoque extendat, diuidat que, pro eiusdem diuiſione, quare pluralitatẽ aliquo pacto recipit, ſed intelligentia, orbi, abſque ulla ſui diuiſione unita eſt, ideo ex ipſis, uerius unũ fiet, quam ex materia, &

forma,

forma, maior adhuc his utriſq;, erit illa unio, quæ fit ex intellectu, & intelligibili, cũ tã recipiens, q; receptũ, diuiſionem omnẽ excludant, materia ergo cœli, nõ eſt pura potentia ſicut Eg^s. accipiebat, intelligentiæ tamen cũ orbe, fit maior unio, q; formę cũ materia; Quod etiam poſterius adiecit, nullius eſt ponderis, q͂ .ſ. nihil adeſt, per q̃d a ſeinuicem diſtingui poſsit, cũ utręq; ſint in pura potẽtia, accipit.n. falſum principium, q͂ ſ. cœli materia, ſit in pura potentia, eſt.n. actu ex ſe, ſicut poſterius oſtendet, Minimi quoq; illud momenti eſt q̃d adiecit tertio, in unoquoq; genere cauſæ, in aliqua prima ſtandum eſſe, ſicut.n. in cauſis formalibus, incidimus primum in formã, cõmuniter acceptã, quatenus, tũ generabiles, tũ æternas formas, analogice cõplectit̃, deinde ĩ primũ analogatũ

ſit reſolutio, in formas.ſ. abſtractas, demũq; in Deo optimo maximo, qui omnium forma eſt quieſcimus, idipſum in cauſis materialib⁹ contingere eſt exiſtimandũ, occurret primũ materia, quę analogice communis erit, tum æternorum, tum generabilium materię, inde, in primum analogatum fiet reſolutio, hoc uero non erit, quod abſolute perfectius eſt, ſed cui ratio materiæ, magis conueniet, idcirco primum analogatum, erit horum generabilium materia, ita ut ſicut in genere formarum, dat̃ ſtatus, in ſupremo omnium actu, propria q; perfectione omnia excedente, ita in materierum genere, ſtandum ſit in īfima potentia, quæ a primo actu maxime remota eſt Hinc manifeſtum etiam eſſe poteſt, illud non ſolum abſurdum non eſſe, quinimmo rerum ordini maxime cnueniens, q̄d ipſe

in v. ratione ut incommodũ, grauiter deteſtaẽ, (ordinẽ.n.nunc iuſtã ob cauſam peruertã) alteram .ſ. ex his, primo enti propinquiorem eſſe, atq; inter ipſas, ordinem quendam ſeruari, quid .n. prohibet, ne in cauſis materialibus adſit ordo, cũ is in formalibus reperiaẽ? immo, cum materia, & forma, ſeinuicẽ aliquo modo reſpiciant, eſt rationi conueniens, q quæ diuerſitas in actibus reperitur, eadẽ adſit potentiis, ſicut q; dantur formæ, quæ ad hoc ut ſubſiſtant, materia non indigent, ita danda eſt materia, quę ad hoc ut ſit actu, nullam formam requirit informantẽ: Sed ad quartam ipſius rationẽ, eſt mihi redeundũ, ex cœli accidentib⁹ deſumptã, quæ nihil mihi officit, cum ſicut cœli natura, ab his ſublunaribus diſtinguitur, ita oporteat accidentia diſtincta eſſe, illa igiẽ accidentia, non ſunt.

eiusdem rationis, cuius ea ſunt, quę his corruptibilibus conueniunt, cum a principiis maxime a ſeinuicem re- motis pendeant, & licet quantitas ac cepta mathematice, cum hac eiusdē ſit rationis, nō poſſumus tamen inde arguere, ꝙ ſubſtantia ſit eadem, cū quantitas illo modo conſiderata, nul lam materiam includat, unde fit, ut mathematici dicanť abſtrahere, quid nam uero aliud eſt abſtrahere, q; ip- ſam cognoſcere, ſecluſa prorſus ſub ſtantia, a qua ipſa pendet? ꝙ ſi ſub- ſtantia tunc excluditur, quomo do nam, ex quantitate, potes ipſe ſubſtantiæ unitatē arguere? oportu iſſet itaq; te uti quantitate, aliis ꝗ; ac cidentibus, quemadmodū a natura- li accipiunť, nam hoc pacto ſubſtan tiam cōpræhendūt, & inde licet, uni tatem ſubſtantiæ, uel diuerſitatē col ligere, ꝙ ſi hoc factū fuiſſet, cœlum

diuerſę ab his naturæ, non eiusdem, inuentũ eſſet, ſiquidẽ accidentia, ſũt diuerſa: ſed neq; de diminutione arguendus eſt Ar^s. licet primo phy^{ꝝ}. materiam corporum cœleſtium non inuenerit, ſed in ea ſolum, quæ generabilib⁹ conuenit uerſatus fuerit, nã cũ eiusdẽ non ſint rationis, neq; in cõmuni uniuoco conueniant, nõ potuit ſimul utriusq; naturã notã facere, ſed maluit ſeorſũ ipſam inuenire, ac conſiderare, in primo igiť phy^{ꝝ}. materiã corruptibiliũ, ex transmutatione in ſubſtantia facta inuenit, in primo aũt cœli, materiam cœleſtium, ex motu circulari, hoc q; mihi multo magis placet, q̃; quod ſenſit Alex^r. primo libro quęſtionũ naturaliũ, quæſtione x. ꝙ de utraq; quidem materia, mentionem fecit Ar^s. primo phy^{ꝝ}. ſed dupliciter ipſam definiuit, tũ ꝙ ſit ultimũ ſubiectũ informe ſecundum ſe,

hæc q; definitio cœli etiã materię cõ
uenit, tũ ꝙ ſit ultimũ ſubiectũ, con-
trariorũ ſuſceptibile, atq; iſta, ſolam
generabilium materiã amplectitur,
hoc inq; non placet, quia non poteſt
Ar^s. de alia materia ſermonẽ habere,
q; de illa quam inuenit, aliam uero
inuenire non potuit, q; generabiliũ
materiã, ſiquidem trãſmutatione in
ſubſtantia uſus eſt, materiã q; inuen-
tam, ita ſeſe habere ad omnes formas
dixit, ſicut æs ad ſtatuã, qđ materiæ
cœli non conuenit, multa que (ut
uno uerbo dicam) de materia tunc in
uenta aſſeruit, quæ cœli materiæ cõ
uenire nequeunt, Aliud uero dictum
Ar^is. ex ii. de generatione ab Au^e. ex
ponitur, ꝙ principia generabilium,
& non generabilium, ſunt eadem ge-
nere, analogo tamen, iccirco que,
per poſterius dicuntur, Quę demũ
ratio poſtremo loco fuit appoſita, eſt

reliquis omnib⁹ imbecillior, illa .n. materia quæ eſt pura potentia, qualis ea eſt, quæ in ſublunaribus reperiť, media eſt, inter ens actu, & nihil, quæ uero cœlo conuenit, media eſt, inter generabilium materiam, & actũ: Hactenus ergo ſatis certum hoc eſſe poteſt, corpora cœleſtia, ex tali materia non eſſe conſtituta, qualis eſt quæ in generabilibus reperiť, Quod ſi diuerſa eſt, erit ne in pura potẽtia, ſicut exiſtimauit diuus Thomas? materiam .n. quæ ſit potentia, cœlo conuenire dixit, diuerſę tamen rationis, a materia ſublunarium, quę diſtinctio pendet ab intrinſeco, ita ut ſuapte natura, non per aliqam differentiam adiectam diſtinguantur, ea tamen differentia, cũ per intrinſecũ nequeat, per aliquod extrinſecũ determinatur, habitudinẽ nempe, ad diuerſos actus, nam, cœli materia eſt

in potentia ad illã tantũ formã, non ad alias, cui formæ non datur priuatio oppoſita, ob hoc que nullã unq; aliã formã appetit, at materia ſublunariũ, non unicam tantũ formã reſpicit, ſed omnes generabiliũ formas, quibus datur priuatio oppoſita, icirco que tranſmutationi perpetuo eſt obnoxia, omnino que dicebat Caiet[s]. prima parte ſummę quæſtione lxvi articulo ii. cœli materia eſt receptrix tantum, generabilium uero materia, præter hoc, ꝙ receptrix eſt, paſſioni quoque ſubiicit, licet que, ex ſe, cœli materia ſit in potentia, ipſam tamen ſemper actui coniunctam eſſe affirmat, unde fit, ut licet cœlũ ex materia conſtet, quę ſit in potentia, perpetuo tamen tempore ſeruari poſſit, cũ illa potentia ſit ad unicã tantum formam determinata, actui que ſemper coniuncta, neque ulla

relinquatur in materia priuatio for-
mæ oppoſita, hanc que potentiam eã
eſſe dixit, quam Ar^s. in libro periher
menias, cũ neceſſitate coniunctam
eſſe aſſeuerauit, ſicut cũ dicim⁹, cœlũ
poſſe moueri, cum tamen neceſſario
moueatur, non quia utranque par-
tem contradictionis poſſit, moueri.ſ.
ac non moueri; Sed neque hanc opi
nionem, cũ principiis peripateticis
conuenire arbitror, ex dictis.n. Ar^is.
quę iã receꝰſui, cognoſci poteſt, ma-
teriam eſſe in cauſa, cur res poſſint
eſſe ac non eſſe, in quibus ergo rebus
aderit materia, illę generabiles erũt,
& corruptibiles, nulla que utitur de
terminatione, qua materiam aliquã
excludat, ſed abſolute dicit, materiã
eſſe causã, cur res poſſint tum eſſe
tum non eſſe, unde colligitur, in cœ
lo, materiam non eſſe, quod ipſum
palam profeſſus eſt, xii. Met^s. xxx.

oportet, inquit, ſempiternas ſubſtan
tias eſſe ſine materia, ꝙ ſi multis in lo
cis materiam quę ſit in potentia, nul
lam excludendo, a cœlo remouet,
nullibi uero docet, ab aliqua mate-
ria in potentia ad formam ſubſtantia
lem ipſum conſtitui, nullam q; po-
tentiam ibi eſſe concedit, præter eã
quę eſt, ad loca diuerſa, quis nam
ſanę mentis erit, qui credat mentem
Ar^is^. fuiſſe, ꝙ cœlum materiam habe
at in potentia? quod ipſum maxime
confirmatur, ex dictis ix Met^s^. xvii.
in ęternis, inquit, non eſt labor, eoꝙ
huius cauſa, eſt ſubſtantia illa quæ
eſt materia, at quænam materia eſt
huius cauſa? ea reſpondet, quę eſt in
potentia, de qua nam uero potentia
loqueris? hoc declarat dicens, & nõ
actu, omnis ergo materia, quę nõ eſt
actu, ſed potentia, huius laboris cau
ſa eſt, quarẽ hęc omnis a cœlo negãda

eſt, quomodo itaq; dicunt hi, cœlum ex materia quæ ſit, in potentia conſti tui? neq; .n. illud eſt dicendũ, q̃ materiã actu eã uocet, quæ a forma actũ adepta eſt, nam materiã per ſeipſam cõſiderabat, eam q; eſſe in potentia di cebat, quod materiæ per ſe acceptæ conuenit, hanc q; laboris cauſã eſſe dixit, uolens autẽ ipſam, ab ea quæ non eſt cauſa laboris cõtradiſtinguere, adiecit, & non actu, q̃ ſi de illo actu, ſemo haberet, quem a forma ſuſcipit, iam non eſſet hæc, a materia, quæ laborẽ inducit ſeiuncta, nã ipſa quoq; actu dici poteſt, ratione formę, ſi rurſus ad hoc confugiant, ut dicãt, materiam, quę laborẽ parit, ab ea diſtingui, quę nullius laboris cauſa eſt, eo q̃ primũ genus materiæ, poſtq; actũ a forma ſuſcepit, ſeruat adhuc potentiã, ad alias formas, talẽ q; dixit eſſe in potentia, ſecundum uero,

ſtatim ac formam adeptũ fuit, omni
prorſus expoliat potentia, ad for-
mas alias, ac ſibi perpetuo, illũ actũ
coniunctũ habet, hoc quanti ſit pon
deris paulo poſterius perpendetur, ſi
tamẽ prius, quod in primis oſtenden
dũ mihi propoſueram, aliis uerbis Ar[is].
eodẽ in textu poſitis cõfirmauero, In
ſẽpiternis dicit nõ eſſe potẽtiã, oĩs .n.
potẽtia eſt cõtradictionis, ex cõſequẽ
ti, ęterna poſſẽt nõ eſſe, Caiet[s]. prima
parte sũmę, quæſtione lxvi. articulo
ii. ad illud confugit, de quo proxi-
me ſuperius mentio habebatur, dixit
ꝙ Ar[m]. ibi de illa ſolum potentia ſer-
monem facere, quæ non eſt actui cõ
iuncta, eã uero excludere, quę actui
ſemper eſt cõiuncta, iccirco q; nega-
uiſſe cœlũ eſſe in potentia ad motũ,
cũ tamẽ motus ſit actus entis in po-
tentia, ſed nihil eſt, quod magis hoc
reſponſo meã rationem confirmet,

textu^n.xiii. cũ propoſuit Ar^s. oſten-dẽdũ actũ eſſe priorẽ potẽtia, dixit di co autem potentiam, non ſolũ deter-minatã, quæ dicit̃ principiũ motus i alio, inquantũ aliud, ſed uniuerſali-ter de omni principio motus, & quie tis, quę uerba in eius loci expoſitio-ne, diuus Tho. dixit, ad operationes usq; intellectus pertingere, ita ut, ſub potentia tunc cõmemorata, uel ea compræhendat̃, qua intellectus dicitur poſſe operari, loquitur ergo de omni potentia actiua, quę poteſt patienti aliquod cõmunicare, cuius illud propria natura expers eſt, ex conſequenti, de omni paſſiua ac rece ptiua, ipſi actiuę correſpondente, ſi ue illa proprie paſſiua ſit, ſiue meta-phorice, atque ſolũ dicat̃ paſſiua, quatenus aliquod extrinſecũ in ſe ſu ſcipit, cuius ipſa, ex ſe, particeps non eſt, excludit tamen eam, quę cũ

actu ſemper eſt coniuncta, & quia ę-
terna, prima carent potẽtia, iccirco
actũ, ea omni priorẽ eſſe demonſtra
uit, compertũ igit̃ eſſe poteſt, ipsũ
exiſtimauiſſe, nullã huiusmodi acti
uã potentiã, uel paſſiuã, eſſe talẽ, ut
ſemper cũ actu ſit cõiuncta, ſed oẽm
talẽ, dicit eſſe potentiã contradictio
nis, hac que omni cœlũ caret, quaṙ
cũ materię potentia, ſit paſſiua, & re
ceptiua, nullũ que actũ in ſui ratione
cõplectatur, erit potentia contradi-
ctionis, non talis, quæ ſit actui ſẽ-
per coniuncta, ea uero potentia, quę
actũ concernit, eſt aliud genus potẽ
tię, cũ actiua, & paſſiua, ęquiuoce di
ctũ, & ideo, cœlũ ęquiuoce dicitur
poſſe moueri, uel ꝙ Deus poſſit age
re, talis.n. potentia, idẽ eſt, qđ actus
ipſe, alioquin Deo non conueniret,
ob talę ergo potentiam, non eſt po-
nendũ aliquod ſubiectũ potens, ab

actu ſecundũ naturã cõtr adiſtinctũ, quinimo talis potentia, re idẽ eſt qđ actus ipſe, quare ſi cœlũ hoc modo materia, quę ſit in potentia, pręditũ eſſe dicerent, eã quoque actu eſſe ex ſe, confiterentur, non eſt etiã difficile, ex dictis cognoſcere, qđ potentiã oẽm, quę ſit alicuius extrinſeci receptiua, ab ęternis remouet, nã eo ꝙ ę terna tali carent potentia, iccirco actũ, ipſa potẽtia, priorem eſſe colligit, quod etiã a Caiet°. in ſui fauorẽ adiectũ fuit, motũ .ſ. eſſe actũ entis ĩ potentia, eſt prępoſtere acceptum, neque .n. ea eſt potentia per quam ſubiectũ reſpicit motũ uniuerſũ, ſed per quã, terminũ ad quẽ tantũ reſpicit, qui cũ non eſt actu coniunctũ; quod uel ipſe Ar^s^.ſignificauit, cũ adiecit in ęternis non eſſe potentiam, niſi unde, & quo, confeſtim que appoſuit. huius autẽ materiã nihil prohibet

exiſtere, quaſi dicas, habent quidẽ ęterna, potentiam ad motus localis terminos, ſed ad formam ſubſtantia lẽ minime, cur uero priorẽ potentiã retinent? quiã in ratione motus ipſa comprehenditur, ac niſi talem perpetuo ſeruarent potentiam, motus quandoque aboleret̃, neque eſſet perpetuus nõ ſunt igitur in potentia ad motũ niſi eã uoces potentiam, quæ cũ re idẽ ſit quod actus, ęquiuoce potentia nuncupatur, ratione cuius nõ fit, ut cœlum alicuius a propria natura alieni dicat̃ ſuſceptibile, quinímo, alicuius ſuę ipſius naturę maxime cõſentanei, nam quali motu intelligentia mouere apta eſt, tali ſuapte natura cœlum mouetur, eã tamen habent potentiam, quę in motus ratione cõtinet̃, ac ſine qua, is fieri nequaquã poteſt, cum eius generis rerum ſit, quę uocantur ſucceſſiuę, Ex his etiã

cognoſc

cognoſci poteſt, q̃; ſit præter omnẽ rationẽ expoſitio, uolẽtiũ diuũ Tho. ſeruare, dicentiũ q; Arm. tunc loqui, de omni potentia paſſiua, ad eſſe ſubſtantiale, non dũ habitum, uel remotum, non autem de illa, quæ reſpicit eſſe ſubſtantiale habitũ, neq; remotum, nã textu xiii. dixit ſe de omni potentia actiua, necnon receptiua ſermonẽ facere, atque (ut uno uerbo hæc omnia perſtringã) apud Arm. inueniemus, ꝙ quæ in ſui ratione, ad formam ſubſtantialẽ potentiã includunt, illa ſunt corruptibilia, quę uero æterna ſunt, hæc omni potentia carent, nunq̃; autẽ uſus eſt hac diſtinctione potentiæ, ꝙ aliqua reſpiciat eſſe habitũ, neque remotũ, alia uero, nondum habitũ uel remotum, pręter hæc, ratione quoque confirmo, eam quam hi cœlo tribuũt, eſſe potentiam contradictionis, nam ſi

ſuapte natura, eſt in pura potentia, actum igiť in ſui ratione non cõpræ hendit, quare naturę ipſius non repugnabit, quin ſine actu intelligať, erit ergo potentia contradictionis, ꝙ uero, materia quæ ſit in potentia, careant corpora cœleſtia, authoritas alia viii. Met[s]. ac xii. declarat ꝗa materiã illlã Ar[s]. uocat ſecundũ locũ mobilẽ, quę ratio cum prius conſiderata fuerit, in ea explicanda nunc nõ ĩmorabor, His addendũ puto, ꝙ cœlũ caret contrario, ex Ar[e]. primo cœli xx. ergo materia quoq; in potẽtia ipſum carere oportebit, conſequentia nota eſſe poteſt, ex dictis primo de generatione liiii. nã in uniuerſum dictũ fuit, materiam eandẽ oppoſitorum eſſe, nulla materia excepta, ibidem aliud adiecit, quod plurimũ fauet his quę a me dicta ſunt, quęcunque. ſ. caret materia, ea nihil pati

poſſe, quę uero ipſam habent, eadē paſſionem recipere, ꝙ ſi talis daretur materia, qualem ponit diuus Tho. quomodo nam hoc uerū eſſet, ꝙ oīa materiam habentia ſint paſſioni ſubiecta? non .n. omnia materiā habētia pati poſſent, ſed ea ſolū, quę tali materia conſtarent, qualis ea eſt, quę in generabilib⁹ reperit̃, neq; illud eſt ſilentio prętereūdū ꝙ omnis forma ī materia recepta, eſſe a ac perfectionem ipſi tribuens, eſt cōmenſurata ipſi materię, mouet̃ q; per accidens, ſi cōpoſitū motum fuerit, nā motis nobis, ea mouent̃ omnia, quæ ſunt in nobis, cū præſertim, forma illa ipſi corpori non aſſiſtat, ſed informet, at q; cū materia ſit ita coniuncta, ut ex ipſis unū compoſitum conſtituatur, atqui forma omnis, quę eſt huiuſmodi, finitam habet duratiōnē, dicente Ar^e. viii. phy^{R}. lii. impoſſibile eſt,

ſiquid eſt imobiliũ quidẽ, mouentiũ autẽ, motis etiã ipſis ſecundũ accidens, continuato motu mouere, in fine quoq; eiusdẽ viii. primũ motorẽ a materia ſeparatũ eſſe oſtendit; nã alioqn, ęterno tẽpore nõ moueret, quę igit formę, ſunt in materia, illę perpetuę eſſe nequeunt, neque ad hoc confugiendũ, ꝙ de materia generabiliũ ibi ſermo habeatur, ſiquidem tunc oſtenderet ſolũ, Deũ a materia generabiliũ ſeparatũ eſſe, non autẽ, ꝙ materia ſimpliciter careat, ſed neq; alibi ab Ar^e. hoc demonſtratũ fuiſſe, quis iueniet, uel ſi omnes libros Ar^is. ſummo ſtudio uoluerit, quare maximũ Met^i. principiũ periret, ꝙ. ſ. intelligẽtię materia careant, quę uero a diuo Tho. dicta ſunt, pro exponenda demonſtratione in fine viii. phy^*. poſita, qua oſtenditur, primũ motorem a materia ſeparatũ eſſe, ſunt

prorſus reiicienda, quod alias decla rabit (nimis.n. nunc a propoſito di grederer) aliud eſt quoque, quod plurimum meo iudicio urget, nam omnis forma, recepta ĩ materia, quæ ſit in potentia, ex eadẽ materiæ potentia, educta fuit, formę autem oẽs huiusmodi ſunt corruptibiles, cum ex non eſſe, ad eſſe deductę fuerint, nam ex materiæ potentia educi, hoc includit neceſſario, ꝙ cũ aliquid ex ſe non eſſet, ope alterius eſſe adeptum fuerit, ſed mihi hoc oſtendendũ re linquit, ꝙ omnis forma, quæ in ma teriæ potentia recepta ſit, ex eadem quoq; materię potentia educta fue rit, qđ non erit difficile, ſi cognitus fuerit modus, quo formas in mate ria ſuſcipi credidit Ar^s. neq; .n. ipſas ĩ materiã induci exiſtimauit, quod Pl^i. aſcriptũ fuit, ſed eas ex materia edu ci maluit, ꝙ ergo in materia forma

aliqua ſuſcepta ſit, hoc nõ ab extrin
ſeco penitus, pendere dixit, ac ſi in
arcã, uel uas aliquod, triticum, quis
uel ordeũ coniicerer, qđ, ab extrinſe
co prorſus, eo .ſ. qui uas ipſum re
plet, proficiſcitur, nulla ex parte re
cipientis mutatione facta, ſed eã ita
ſuſcipi exiſtimauit, ut ab agente mu
tata materia, diuerſis ꝗ modis diſpo
ſita, pro diuerſarũ formarum ſuſcep
tione, inde demũ emergat actus ille,
qui forma ſubſtantialis dicitur, non
ſecius ac, cũ diuerſimode permutatis
chordis, intenſis que, atque remiſſis
fit tandẽ actus ille, qui dicitur harmo
nia, qđ uel in artificialibꝰ perſpicuũ
eſſe poteſt, nã cũ ſtatuã formamꝰ for
mã nõ inducimꝰ, ſed marmor illud di
uerſimode effingimus, uel æs, ali
quid demendo, aliud relinquendo,
donec ſtatuã perfecerimus, hinc fit,
ꝙ ferrũ non autem lignũ ad ſerrã in

potentia eſſe dicit̃, nã ferrũ ita cõmode effingi poteſt, atq; formari, ut tãdem ſerra fiat, quod ligno non conuenit, ut uno igit̃ uerbo omnia cõplectar, formã hoc pacto ſuſcipi Ar^s. credidit, ut ex materię potentia educat̃, qđ non eſt aliud, q̃; ꝙ materia effingatur, formetur, atq; diſponat̃, ſicut exigit forma illa quã eſt ſuſceptura, agens ergo requirit̃, non tãq; formam inducens, ſed tanq̃; diſponens materiã, ex ipſaq; formã educẽs, & ideo dicebat Au^s. tũ in vii. Met^s. iii. tũ xii. Met^s. xviii. ꝙ agens apud Ar^m. non congregat, ſed educit ex potentia materiæ, hæc igit̃ eſt illa relatio, & ad formã potentia, quam materiæ ineſſe dicimus, ꝙ nẽpe ipſa, ita concine aptari poſſit, ut forma tãdem, inde queat emergere, & ideo dicebat Ar^s. primo phy^r. xliii. non quoduis fieri ex quouis, ſed determi

natũ ex determinato, eo nẽpe, ex quo forma educi poteſt, atque effingi, textu etiã lxiii. eos modos omnes enumerauit, quib⁹, materia formam poteſt ſuſcipere, uel .n. per transfigurationẽ ipſius materię, uel per appoſitionẽ, uel per cõpoſitionẽ, uel demũ per alterationem, quorũ nullus eſt, qui materię transmutationẽ non ſupponat; iccirco q̃ hoc modo loquẽdi uſus eſt, q̃ materia ſit ex qua fit aliquid; nunq̃ autẽ, q̃ ſit, in quã forma inducit, dicent forte, hæc oĩa uera eſſe, de illis formis, quæ uia gẽnerationis acquiruntur, atqui mirũ hoc eſſe, iure uideri poterit, ſi exiſtimauit Ar^s. formã a materia poſſe alio modo ſuſcipi, q̃ eo qui iã dictus fuit, cur hunc quidẽ ubiq; locorũ cõmemorauit, illum uero tacuit; prætereã omnis forma ſuſcepta in materia, illi eſſe actu tribuens, uia generationis

acquiſita fuit, de mente Ar^{is}.neq; .n
ęterna eſſe poteſt, ſicut iam ex dictis
viii.phy^{R}. oſtenſum fuit,neq; ſi eſſet,
modus aliquis relinqueretur, quo
materię forma uniri potuiſſet, per
quamnam .n. actionē? quo ue pacto
unirentur? quod ue eſſet uniens?
neq; .n. ſeparatū a materia, cū talia
nō agant in materiā,neq; materiale;
hoc .n. diſponendo, propriis que ſi-
bi qualitatibus mediis,ageret, quo-
modo etiā nō erit uiolēta talis unio;
cū forma,quæ ſuapte natura ſine ma
teria eſt, indiuiſibilē que, ac īmobilē
naturā habet, materię perpetuo alli
get, diuiſibilis que fiat, atque mobi
lis? q; ſi noua fuerit, cū creationem
neget Ar^{s}. uia generationis,ipsā edu
ctam fuiſſe oportebit, Dicant etiam,
qui materiā ī potentia cœlo tribuūt,
cum ea ſit pura potentia,non ne actū
omnem a propria ratione excludet?

nihil ergo prohibebit quin ſine actu intelligatur, non implicabit ergo cõtradictioné, ſi cœlũ corruptũ intelligaꝑ, quod tamẽ negat Arˢ. quia ab ĩtrinſeco, & ſuapte natura, ipsũ ęternũ eſſe, corruptioné que ſibi r̃pugnare dicit, tale igitur ipſum eſſe oportet, ut careat principiis, non ſolũ corruptioné actu afferẽtibꝰ, ſed illis etiã, quibꝰ non repugnat, quin cõpoſitũ corruptũ eſſe intelligaꝑ, huc etiam accedit, q̃d Arˢ. in vii. Metˢ. xxvi. dũ ideas ponentiũ opinioné euerteret, modũ quo materia ſuſcipit formas declarabat his uerbis, hoc aliquid facere, eſt aliud facere, ex eo quod eſt omnino ſubiectũ, ſicut qui ſphęram æneam facit, hoc .n. ita facit, ut ex hoc, quod quidẽ eſt æs, hoc faciat, q̃d quidẽ eſt ſphęra, ꝙ ſi quo alio modo præter hunc, forma poſset a materia ſuſcipi, non eſet idearũ poſitio

impugnata, ſibi .n. ſufficeret ꝙ eſſent neceſſariȩ, propter illum factionis modũ, ab eo, cuius Arˢ. meminit diuerſum, manifeſtius etiã hoc ipſum facit, eodẽ vii. Metˢ. xxviii. & xxxi. cũ oſtendit, ꝙ ſi forma intelligeretur ut hoc aliquid, ſeorſum q; exiſtens, a materia ſeparata, tunc non poſſet vniri materiȩ, formã .n. qualis non quid rationẽ habere oportet qđ nõ aliud ſignificat, q́; hoc, ꝙ formȩ nõ licet perſe ſubſiſtere, niſi materiȩ adminiculo uſa fuerit, ꝙ ſi quo pacto, forma materiã perficiens, perſe poſſet ſubſiſtere, idearum poſitio, non eſſet impugnata, dicerent .n. idearũ fautores, formã aliquam hoc aliqd eſſe poſſe, ſine materia; cũ prȩſertim eſſe per ſe ſubſiſtens, atq; in alio ſub ſiſtere, ſibi inuicẽ aduerſent, ſi ergo forma per ſe ſubſiſteret, in materia ſubſiſtere nequaquã poſſet, ſiquis igi

tur, recta ratione, rẽ hanc cõſiderare uoluerit, neq; ad diſtinctiones illas confugere, quibus nunq; uſus eſt Ar^s. quib⁹ q́ nihil ex parte rei correſpondet; opinionem hanc, cũ Ar^e. non conuenire, luce clarius perſpiciet: Atq; illa quibus innitit̃ fundamenta ruinoſa eſſe, nunc palã fiet: Nã quod, a motu locali corporum cœleſtium, deſumptum fuit, arguit quidem, cœlo, ex mouente, ac re mota, cõpoſitioñe adeſſe, non illã tamen compoſitioñe, quę ex materia in potentia fit ac forma eſſe illi materiæ largiente: ex accidentibus quoq; cõpoſitio, ſubſtãtiã ibi adeſſe ſignificat, quę ipſa ſuſtentet, ac in ſe recipiat, quã actu eſſe oportet, neq; .n. pura potentia, accidens aliquod ſibi determinat, non eſt tamẽ neceſſarium, q́ ſit ex materia, & forma compoſita, ſufficit .n. q́ ſit materia actu ex ſe,

Hac eadē uia, diui Tho. ratio ſolui poterit, dicā .n. cœlū eſſe materiam, non tamē in pura potentia, ſed quæ ſit actu, per ſeipsā, quæ cū materia ſublunariū eſt æquiuoce materia; ſi uero quis obiiciat Ar^m. qui cū ii. de anima textu ii. hanc diuiſionē poſuiſſet, adiecit, quidnā per materiā intelligeret, eam, inquit, uoco materiā, quę non eſt ex ſe hoc aliquid, is ſibi hoc reſponſum putet, ꝙ de materia, & forma loquebatur, reſpectu ſubſtantię cōpoſitæ, quod uel ex hoc ipſo cognoſci poteſt, quia formā eam eſſe dixit, per quā res eſt hoc aliquid, & quæ alicuius actus eſt, qđ non omnibus formis conuenire, neque ipſi ibunt inficias, neq .n. intelligentiæ a materia ſeparatę, sūt per quas res eſt hoc alqid, quarē de materia, & forma, tunc ſolum in reſpectu ſubſtantiæ compoſitæ, ſermo habebatur, quæ

uero omnia fuerunt appoſita, ut oſtenderent, cœlum non eſſe ſubſtantiã, quę ſit forma, ſunt ſuperuacanea, & qui eã diuiſionis partem, acceperunt, mentẽ neq; Ar^is^. neq; Au^is^. ſunt conſequuti, quę uero ratio, ex raritate, ac denſitate ſumpta fuit, ea minimi eſt momenti, cũ neque ipſe, materiam cœlo conuenire negem, ſed quod materia illa ſit in potentia, hoc ipſum eſt, cui nunq; aſſentiar, q̃ aũt cõparatio fit, inter partes aſtri, ac reliquas orbis partes, non eſt, quia ex uno pugillo aſtri, poſſint fieri decem reliqui orbis, tunc .n. haberet materiam in potentia, ſicut dicebat Ar^s^. ii. de generatione xxxvii. ſed ea cõparatio ita fit, ut quę cœli materia, aſtrũ cõſtituit, ea ſit decupla, uel in quacunque alia ratione, illius, quæ orbis partẽ aliã aſtro proportionalẽ conſtituit, ita tamen, ut neutra in al-

teram tranſmutari poſſit, & ideo cõparatio illa, fit, accepta quantitate mathematice potius, q; physice: Sed cœli ſingularitas, dictaque Ar[is]. primo cœli tũ xcii. tũ xcv. maiorem forte difficultatẽ facere uidebuntur, uerũ quod ad Ar[s]. authoritatẽ pertinet, ea his quę a me dicta ſunt, nihil officit, ſiquidẽ dubitationẽ illam, tũc Ar[s].propoſuit, ut pote quę, totius Mundi unitatẽ deſtrueret, in eiusdẽ que ſolutione, ad hoc ſolũ reſpexit, ut totius Mundi unitatem ſeruaret, quare, de corporibus cœleſtibus, ibi ne uerbũ quidem dixit, ſed quoniã, eadẽ dubitatio, ad corpora quoque cœleſtia transferri poteſt, iccirco, in ea eſt magis ĩmorandũ, In cœlo .n. ad eſt, res ſenſata, ac intellecta, quæ sũt a ſeinuicẽ diuerſę, quare compoſitio ex materia, & forma, ibidem eſſe uidebit̃, neque ad cœli accidentia, eſt

confugiendũ, ut .ſ. dicamus, cœlum ab accidentib⁹ hoc adipſci, ut ſit ſingulare, atque ſenſibile, ex ſua uero ipſius natura, eſſe uniuerſale, ac intelligibile, ſiquidẽ indiuiduũ ſubſtantię, prius eſt indiuiduo accidentis, quare cœlum ex ſe, prius ſingulare eſſe oportet, q̃; accidentia ipſi adeſſe intelligantur, Dicendũ eſt igitur, ꝙ eorũ quę ſunt unũ numero, quædã, ex ſeipſis ſunt unũ, non intellecta materiæ cũ forma, compoſitione aliqua, ſicut Deus, unus numero dicitur, quædam uero ſunt unũ numero, ob compoſitionem materiæ, cũ forma, quodcunque illud fuerit, quod talis indiuiduationis ſit principiũ, primo modo intelligentię omnes, corpora quoque cœleſtia, unũ numero eſſe dicuntur, ſecundo uero modo, generabilia hæc atque corruptibilia, quæ igiť ſeipſis unum numero ſunt licet

ex ſe ſint

ex ſe ſint ſingularia, poſſunt tñ cum aliis quoquo modo cõuenire, ex qua ſimilitudine, intellectus conceptum cõmuné utriſque abſtrahit, illis nõ uere uniuoce, ſed analogice potius conuenienté, quod ipsũ exemplo manifeſtũ faciã, Deus quidem, unus numero, ſingulæ quoque intelligentię, unæ numero dicuntur eſſe, conueniunt tamen inter ſeſe, quia omnes sũt formę, omnes ſeparatę a materia, oẽs æternæ, omnes intelligentes, hinc conceptũ cõmuné his omnibus intellectus format, qualis eſt, tũ conceptus ſubſtantiæ, tum formæ, tum intelligentiæ, habent etiam, qđ commune eſt, & quod ſingulare, compoſitione tamẽ materię, cũ forma carẽt, ſed qa forma eſt a qua intellectus abſtrahit uniuerſale, eatenus dicentur formã habere, quatenus natura unius, cum alterius natura conuenit,

forma uero, eſt ratio conuenientiæ;
quare ipſarũ natura, conſiderata, qua
tenus cũ alia conuenit, forma dici
poterit, conſiderata rurſus, ut una nu
mero, materiæ rationẽ ſubibit, quia
materia eſt cauſa diſtinctionis nume
ralis, cũ tamen nulla ibi adſit mate-
rię cum forma compoſitio, ſed una
ſemper, atque eadem ſit natura, diuer
ſis tantũ rationibus accepta, ex quo
manifeſtũ eẽ poterit, quomõ hoc cœ
lũ materiã dicat, cœlũ uero ſimplici
ter, formã, cũ in cõpoſitis ex mate-
ria & forma, ratio connenientię for-
mę aſcribatur, diſtinctionis uero, ma
teriæ, inde cognoſcitur etiã, quomo-
do hoc cœlũ, & cœlo eſſe differant;
nã cũ hoc cœlũ dico, naturã illam, ut
determinatam numero, accidentiaq;
cõplectentẽ intelligo, ea q̃ ratione
ſenſibile dicitur, cũ uero cœlo eſſe di
co, naturã illã intelligo, ſub ratione

conuenientię, atque uniuerſalitatis, quo modo, cœlum eſt intelligibile, quãr nulla ibi neceſſaria eſt, materiæ cũ forma compoſitio, dictũ autẽ Arˢ. vii. Metˢ. liii. q; ſingulariũ non eſt definitio, quia materiã habent, de illis ſingularib⁹ exponi debet, quę ſecundo modo dicuntur unũ numero, cũ ex materia .ſ. atq; forma cõponanť, Pluralitas uero indiuiduorũ in eadẽ ſpecie, a materia proficiſciť, cum illa plura in ſpecie uniuoca conueniunt, atſi, quę ipſis cõmunis eſt, ſpecies analoga fuerit, diſtinctio, ab ipſa met illorũ eſſentia pendere poteſt, neque neceſſe eſt, q; ex materia componãt, quod corporibus cœleſtibus contingit, ſunt .n. eiuſdem ſpeciei analogę, non uniuocę, concedendũ itaq; tandẽ eſt, nullã in corporibus cœleſtib⁹ materię cũ forma compoſitionem eſſe, ſi materia illa in potentia fuerit;

nunquid uero, materia quę actu ſit, conſtét, forma q̧ dante eſſe illi materię, qd Ach^s.exiſtimauit, nunc ſuper eſt inueſtigandum; Senſit ipſe, cœlū, ex materia quidē, quę a forma eſſe recipit, forma q̧ ipsā materiā perficiente, conſtitutum eſſe, negauit tñ, illā materiā eſſe in potentia, imo actu eam eſſe affirmauit, quod declarans dicebat, materia quidē uocatur, eo q̧ forma formať, & cauſatur, in actu uero, quia formā habet ſibi propriā, inſeparabilem ab ea, paulo uero poſterius, dixit hanc materiā actu, ab ea quæ eſt in potentia differre, quia abſtractis formis, a materia in potentia, ipſa eſſet una numero priuatiue, qd non contingit, abſtractis formis a materia actu, eā q; dicit eſſe mediā, inter materiā, quę eſt in pura potentia, & actum, formam autē ſibi eſſe tribuentē, credit eſſe intelligentiā, qd

multis rationib⁹ confirmat, libro iii. de orbibus, dubio primo tū quia intelligentia eſt forma, de ratione autē formę eſt dare eſſe, tū quia forma nō poteſt intelligi, re uera corpori alicui unita, niſi eidē eſſe largiatur, tum quia intelligentia eſt cœli anima, ex xxiiii. autē ſecundi de anima, Anima eſt qua uiuimus, & uiuere eſt eſſe uiuentibus, ex xxxvii. eiuſdē libri, quare intelligentiam cœlo eſſe tribuere, confiteri oportet, cū præſertim, in eodem ii. de anima textu viii. dicat Ar^s. animā eſſe ipſius animati quidditatē, Au^s. que in de ſubſtantia orbis capite ii. et primo cœli xcv. multisque aliis ī locis dixerit, cœlū, ab ītelligentia eſſe recipere, neque ex ſe poſſe, ſine forma ſeruari, Huius ergo rei ueritas, ut, quantū per me licet, nota fiat, non ignorandū arbitror, ꝙ dupliciter poteſt aliud, a forma, eſſe

recipere, uel per dependentiā, uel p̄ informationē, dependentiā dico, quā do aliquid, hoc ꝙ ſit, formæ quidē acceptū refert, ab ipſa tamen non informatur, ac in propria ſpecie cōſtituit, quod exemplo aperiam, propriæ quidem paſſiones, formā conſequunt, neque ſine ipſa eſſe poſſunt, non tamen illā in ſe recipiunt tanq̃; perficientē, quod in ipſis erat in potentia, ex quo in propria ſpecie reponant, idipſum de cœlo conijcere oportet, eſſe quidem propriū acceptum refert intelligentiæ, nam ab ea dependet, ac ī propria natura conſeruat, actu tamen eſt, ſibi ꝙ conſentaneam naturā habet, neque intelligētia indiget, ad actū deducente, quod ipſi potentia inerat, eſt .n. omnino expers huiuſmodi potentiæ: Informationē uero intelligo, cum res, ex ſe, in potentia eſt, quod ſi actum eſt

adeptura forma indiget, illã potentiã perficiente, eidem q̃ tribuente, q̃ ſit actu, quo pacto, orbẽ ab intelligẽtia eſſe nõ recipere crediderí, ſi.n. orbis, ex ſe, potentia orbis eſſet, corpora cœleſtia, ea materia cõſtarent, quę eſt in potentia, unde contingeret, q̃ corruptibilia eſſent, ſin actu orbis fuerit, quid opus eſt intelligentia, ipſi q̃ ſit actu concedente? quomodo etiã ex ipſis fiet unum? cũ ex duob⁹ actu exiſtentibus, unum per informationẽ fieri nequeat? ſi dicat, q̃d dixit libro iii. dubio p°. q̃ eſt actu reſpectu aliarũ formarũ, quę nõ ſũt habitę, tunc reſpectu proprię eſſet i potentia, incideremus q; in opinionẽ diui Tho. uidet̃ etiã is, ſibi ipſi non conſtare, nã quandoq; dixit, eam materiam eſſe actu, quia formã, ſemper coniunctã ſecũ habet, quaſi ſentiat, ipſã a forma actũ ſuſcipere, quãdoq;

uero, ꝙ ſecluſa omni forma, materia eſt ex ſe hoc aliquid, quare ipſam nunc, ex ſe, ſine forma actu eſſe confitetur, orbis ergo non recipit hoc pacto eſſe ab intelligentia, cũ præſertim omnis forma, quæ hoc modo, eſſe materiæ tribuit, qualis rationem habeat, non quid, quod iam ex Ar^s. vii. Met^s. oſtenſum fuit, quare contingeret formã hanc, e materiæ potẽtia, eductam fuiſſe, finitæ que durationis, generabilem que omnino, ac corruptibilẽ eſſe, quę omnia iá prius fuerunt declarata; ſed neque illud reticebo, ꝙ ſi intelligentia hoc pacto orbis forma eſſet, tunc quid eſt eſſe ipſius orbis explicaret, at hanc formarum generabilium definitionem eſſe credidit Ar^s. nam in fine primi phy^ss. de formis generabilibus, ſibi dicendũ propoſuit in ſecundo, quas definiens dixit, forma eſt quod quid

erat eſſe rei, quare hanc formarum generabiliũ definitionem eſſe, eſt arbitratus, Dicat etiã Ach. ſi forma inhęreret materię, ipſã informans, ſubſiſteret igitur in materia, nam ſi ipſa per ſe ſuſiſteret, tunc a materia eſſet ſeparata, nõ ipſam ita formaret, ut ex utriſque natura cõpoſita fieret, atque actus ſeparatus eſſet, ab eo cuius eſt actus, ꝙ ſi ſubſiſtit in materia, recipiet igit̃ ipſa quoque aliquod eſſe a materia, erit itaque forma materialis, cuius oppoſitũ demonſtrauit Ar, in fine viii phy. cum pręſertim, ſi propriam ipſa perſe ſubſiſtentiam haberet, ſemper tamen in materia ſubſiſteret, fruſtra eſſet prima ſubſiſtentia, cũ i actũ nũq; ſit exitura, Fieri etiam non poteſt, ꝙ ex duobus, quorũ utrunq; ſit hoc aliquid, unũ per ſe fiat, formam autem, cum ſit abſtracta, eſſe hoc aliquid, neque a

materia ſubſiſtentiam recipere certũ eſt, materiã quoque eſſe hoc aliquid, ipſe met Ach^s. conceſſit, cũ dixit, eã, ſecluſa omni forma, hoc aliquid adhuc remanere, unde alia rurſus ratione propoſitũ confirmari poteſt, ſi materia eſt ex ſe hoc aliquid, quid opus eſt forma ipſi eſſe largiente? iã.n.per ſe, propriam naturã ſortita eſt, atque in propria ſpecie repoſita: A nulla igit̃ prorſus forma cœlũ informari eſt ſentiendũ, ſiue illa ſit intelligentia, ſiue anima ab intelligentiis diſtincta, ſiue demũ non anima, Quibus autem rationibus oſtendebatur, q; intelligentia ſit forma dans eſſe orbi, illis facillime reſpondere quilibet poterit, qui recta ratione illarum neceſsitatẽ ſcrutari uoluerit, Nam qđ primo acceptũ fuit, hanc eſse rationẽ formę, ut det eſse, ſolis formis materialibus conuenit, non illis quæ

materia ſunt ſeparatę, ſi tamē hoc da re eſse per informationem acceptum fuerit, ut quod erat in potentia, actū per formam adeptū ſit, ſin ſecius, neq; ipſe hoc negabo, quin cœlū ab intelligentia, eſſe recipiat, ab ipſa .n. pēdet ſicut iā dictū fuit, & cōſeruat, Imo æternitatē quoque ab intelligentia ſuſcipit, non quia ſuapte natura ſit corruptibile, fieri .n. nequit, ut quod ex ſe corrūpit, ab alio perpetuū reddi poſſit, ſed propria quidē natura æternū eſt, hanc tamen naturā, ac ęternitatē, intelligentię acceptā refert, Intelligentia igitur hoc eſſe cœlo tribuit, ipſi q; actu exiſtenti, ac propriā naturā conſequuto, abſq; ulla ſui diuiſione unitur, ad eſſe perfectius ipſum attollens, intellectuale .ſ. cū tñ ipſa per ſe ſubſiſtens permaneat, neq; in materia, ut ei⁹ forma, ipſi eſſe actu largiens, recipiatur, ſed potius, illi,

ſicut nauta naui iam actu exiſtenti, lumen q; diaphano coniungatur, Intelligamus .n. (ut res quantum a nobis poteſt percipi, nota fiat) lumẽ qđ a ſole ꝓficiſcit̃ ipsũ ſolẽ eſſe, hoc ergo lumẽ, unit̃ diaphano, fitq; actus ipſius, cũ tñ ſol in diaphano, ut forma ipsũ informans, eidẽq; inhęrens, non recipiatur, ĩmo per ſe exiſtens, a diaphano ſeparatꝰ permaneat, actu igit̃ aer prius ex ſe erat, eidẽ tamen ſol unitur, ut actus quidam, (lumen n. ſolẽ eſſe, iã ſuppoſuimus,) licet ꝗ uniat̃ aeri, attamen ſeparatus quoque permanet, hinc fit, ut moto diaphano, non ſit neceſſariũ ſolem moueri, uel diuiſo diaphano ipſum diuidi, hoc ipſum de orbe, & intelligentia, eſt exiſtimandũ, hoc tamẽ ſemper mente ſeruato, ꝙ exempla materialium, cũ abſtractis, ad unguem ſimilia eſſe nequeunt, & ideo illis quidẽ uti

oportet, quę magis apta ſut aperien-
dæ ímaterialiũ naturę, ita tamẽ, ut ſi
qua in re deficiunt, non oporteat pro
pter hoc, ab illorum indagatione de
ſiſtere, exempla q; uel in his, quę cõ
mode poſſunt oſtendere, miſſa facerẽ,
ex dictis, illud etiam cognoſci poteſt
quod ſecunda ratio poſtulabat, quo
modo .ſ. forma corpori alicui uniri
poſſit, neque tamen eidẽ eſſe per in-
formationem largiatur, quod uero
tertio obiiciebatur, uel ex ipſo met
Ar^e. dilui poteſt in eodẽ ſecundo de
anima, tũ ex textu xi. tũ xxxii per-
multisq; aliis in locis, illud .n. quo
uiuimus, pro uitę multiplicitate, mul
tiplex eſſe poteſt, nam ſi fuerit, quo
uita plantæ uiuimus, illud profecto
eſſet forma dãs eſſe, atq; huiusmodi
uitæ genus, diceretur eſſe uiuentiũ,
necnon ſi illud eſſet, quo animalis ui
ta uiuimus, at ſi fuerit genus uitę in-

tellectuale, ſicut intellectus forma eſt ab illis diuerſa, ita, ipſa diuerſo modo dicemur uiuere, non .n. quia ſit forma, potentiã materiæ ad actũ deducens, ſed ut aſſiſtens potius, quo modo nauta, nauis actus eſſe dicitur, ita tamen ut ſecundũ propriam eſſentiam, ſit illi corpori unita, ſicut a me iam fuit expoſitum, atq; hoc eſſe uiuentium, non erit per informationẽ, ſed potius ipſis tribuens, q; ſibi i actũ ſecundũ exire liceat, neque tamen eſt intelligendũ, quod ſolam operationem ipſis larg iatur, immo eſſe ipſorum conſeruat iam actu exiſtentiũ ac in propria ſpecie repoſitorũ, ipſa que ita actu exiſtentia, ad gradũ quẽ dam nobiliorem deducit, uitã ſ. intellectualem, hac eadẽ uia authoritati ex textu viii ſecundi de anima ſumptę, reſpondere quis poterit, nõ oĩs .n., anima, eſt animati quidditas,

ſiquidē de intellectiua facultate eſt alia ratio, eſt .n. actus corporis, ut nauta nauis, quę uero dixit Au^s.iam fuerunt expoſita, neque .n. ab ullo negandū hoc eſt, quin cœlū ab intel ligentia eſſe ſuſcipiat, non tamen per informationem, ſed quia ab ipſa pen det, & conſeruatˊ, ac cū iam actu ſit, ad gradum perfectiorem, nobiliorē que operationē attollitur, cuius uel ipſemet Au^s. eisdem in locis fidem ampliſſimam facit, cum orbes, actu ex ſeipſis eſſe dicat, ſecluſa forma, eā que formam ipſis uniri neget, tamq; materię quæ ſit in potentia: Ex quib⁹ omnibus, compertū iam eſſe poteſt, orbem ex ſe actu eſſe, naturamque ſimplicē, ex materia, & forma non conſtitutam, Nunquid igitˊ, mate rię rationē habebit, an formæ? Au^i quidā aſtripſerunt, ꝙ exiſtimauerit ipſum formam eſſe, ad hoc forte re-

ſpicientes, ꝙ materię proprium eſt, eſſe in potentia, ſed neque compoſitum ipſum eſſe conceſſit, quare ſupereſt ꝙ ſit forma, Cum tamen Au^s^. ubique locorũ dicat, ipſum eſſe materiã, ix. q; Met^s^. xvii, dixerit, cœlum nihil prohibet ꝙ ſit materia, prohibet aũt ꝙ ſit forma, licet uero materię ſit proprium, ꝙ ſit in potentia, hoc tamen materię generabiliũ conuenit, non illi quę in corporibus cœleſtibus reperitur, quamobrem relinquitur ꝙ cœlũ materię rationem habeat, non eius quæ eſt in potentia, ſed actu ex ſe, hoc q; ſemper aſſeuerauit Au^s^. nec non Ar^s^. ipſe tum viii. Met^s^. tum ix. tum xii. ſicut in ſuperioribus dictum fuit, Scotus quoque ſecundo ſententiarum diſtinctione xxii. queſtione unica, hanc ipſam cõcedit fuiſſe Ar^is^. mentem, licet ſecundũ Theologos aliter dicendũ putet, hoc que cum

uniuerſi

uniuerſi ordine conuenit, cum .n. in generabilib9, forma atque materia, ita ſeſuicē reſpiciant, ut materia a forma, ꝙ ſit actu recipiat, forma rurſus a materia, ꝙ ſubſiſtat, ſicut forma per ſe ſubſiſtens datur, materiæ adminiculo non indigens, cur hac eadem ratione, non eſt danda materia, quæ actu ex ſe ſit, ſecluſa forma? hoc ipſum quoq; ratio ſuadet, quæ ex omnibus iam dictis colligi poteſt, cœlū nanque moueri conſpicimus, hinc ipſum ex mouente, ac re mota compoſitum eſſe cognoſcimus, motorē autem eſse penitus imobilem, atque æterno tempore mouere viii. phy[s]. demonſtrauit Ar[s]. unde fit, ut materiæ inhęrere nequeat, tanquā ipſius forma, atque actus, neque .n. eſset tunc ſimpliciter imobilis, neque durationis infinitæ, quare a materia ipſum ſeparatū eſse oportet, alia que

ratione orbibus uniri, q̃; ſi forma ip ſorum eſſet, qui modus iã a me ſuit abũde expoſitus, orbis igitur propri am ex ſeipſo naturam obtinebit, atque actu erit, neque .n. per intelligẽtiã, cũ hæc non ſit ipſius forma, ſed neq; per formam, hoc .n. ſatis in ſuperioribus improbatũ fuit, Nam prę ter alia, hoc quoque abſurdũ contin geret, ꝙ eſſet corruptibile, ꝙ ſi compoſitũ eſſe nequit, tanto minus mix tum erit, quod Ar^s. primo cœli demonſtrauit, relinquitur itaque, ꝙ ſit natura ſimplex, per ſeipſam exiſtens, quę ſi forma eſſet, dimẽſiones nõ poſ ſet in ſeipſa recipere, neque alia accidentia, motũ que localem potiſſimũ, cũ ex demonſtratis in vi. phy^x. xxxii. omne quod mouetur, corpus eſſe ſit neceſſariũ, erit igitur materia, non tamen in potentia, neque .n. ſubiectũ motus localis eſſe poſſet, cũ

ex dictis in v. phy*. quicquid mouetur, actu eſse oporteat, relinquitur itaque, ꝙ ſit materia actu ex ſe abſq; forma, loco tantũ mobilis. Cæterũ poſtq́; (quantũ mihi licuit) mentẽ Ar[is]. expoſui nunc inueſtigandũ ſupereſt, quidnam Plato ſenſerit, conueniat que necne, cũ Ar[e]. Hunc ego (quod ad naturã corporis pertinet, neque .n. de intelligentia ſermo habẽdus eſt ĩ pſentia) alienę ab Ar[e]. ſententiæ, nulla in re alia fuiſse, q́; uerbis, iuxta placita sũmorum philoſophorũ aperiã, quorum ſententiã ipſe quoque, probabilibus rationibus ductus, (neque .n. neceſsariæ ſunt expectandæ) confirmabo, ac ſi per me licuerit illuſtrabo, Dixit .n. Plato cœlum ex elementis mixtum eſse, quo ſermonis genere, nunq́; uti uoluit Ar[s]. cum tamen re ipſa idem ſentirẽt, Sed age, hoc iam manifeſtũ reddat,

Senſit Ar^s. corpora cœleſtia eſſe ſim plicia, non mixta, imo neq; ex mate ria, & forma conſtituta, ſed materię: quę per ſeipſã actu ſit, rationem ha= bere, nullam q aliam in ipſis poten= tiã ſeruari, q; reſpectu motus localis, Huius eiusdẽ mentis Pl^m. ante Ar^m. fuiſſe, nunc declarabo, primũ q; q corpora cœleſtia ſimplicia eſſe, non mixta exiſtimauerit, niſi quodam mix tionis genere, quod ipſe quoq; Ar^s. admiſit, huius ergo gratia primo eſt inueſtigandũ quidnã Plato ſenſerit, cũ in Timęo dixit mundũ ex elemen tis conſtitutum eſſe, nã ſine igne ni= hil uideri poteſt, uel ſine terra tangi, extrema uero hęc, non cõmode coirẽ potuiſſent, niſi media interceſſiſſent, quæ ipſa inuicem unirent, Hęc Io. Grãm^s. (ſicut prius dictum eſt) ac= cepit, ac ſi Plato ſenſiſſet, cœlũ ex ele mentis uniuoce dictis, cum his quæ

apud nos ſunt, mixtũ eſſe, q̄d multis argumentis, ex ipſius met Platonis uerbis acceptis, confirmauit, nam ex duobus maxime contrariis, Mundũ factũ eſſe dicit, quibus, cum propter contrarietatem, una coire non liceret, duob⁹, inquit, mediis opus fuit, aqua.ſ.& aere, neq;.n.unũ tantũ ſuffi ciebat, ſi.qdẽ mediũ, cũ utroque extremorũ conuenire oportet, aqua uero, cum terra ſolum affinitatẽ habet, nullam autem cum igne, aer quoq; igni ſolum eſt affinis, terræ minime, quare duobus mediis opus fuit, quę cũ inter ſe, necnon cum extremis cõuenirent, harmonia quoq; decentiſſima, ipſa extrema ſibi inuicem copularent, elementa igitur illa, ex quib⁹ cœlũ conflatur, eſſe ſibi inuicẽ contraria, Plato ſenſit, quare ſunt eiuſdẽ rationis cuius elementa quoque ſub lunaria, q̄d ipſum authoritate Tauri

Pl[ci]. ſuadet, in Timæi expoſitione di centis, ex quatuor elementis, cœlũ eſſe compoſitum, igne quidem, ut eſſet uiſibile, terra uero, ut eſſet tactile, mediis demũ, ut extrema ipſa una cõ iungi poſſet, quę alioquin, cũ ſint op poſita, nunq̃ coiuiſſent, Porph[ii]. au thoritati quoq; innititur, in eiusdẽ Timęi expoſitione dicentis, exiſtima re cœlum ex quatuor elementis non eſſe compoſitum, non eſt dogma Pla tonicum, ſed eius qui hoc profitetur proprium, ſiquidẽ Plato ex quatuor illis, cœlum conſtare ignem tamen, reliquis dominari ſenſit, quatuor rur ſus elementa tantum a Platone nu merata fuiſſe dicit, quoniam pręter hęc, nullũ corpus aliud inuenitur, illis exceptis, quæ ex his componun tur, finem demũ imponens, longo ſermoni quem habuerat, ut præter illa quatuor, nullum aliud corpus

ſimplex dari oſtenderet , manifeſtũ eſſe inqt, Pl^m.ſenſiſſe,ꝙ cœlũ ex quatuor elementis ſit compoſitũ,cũ quintum illud corpus dari non exiſtimauerit, qđ tũ Ar^s.tũ Architas accepe runt, quędã etiam Procli dicta, non omittit, quæ uidentur hoc ipſum cõ firmare, hunc tamen, non in eadem ſemper ſentẽtia ſtetiſſe, imo ipſum ſibi ipſi aduerſatũ fuiſſe dicit, cœlum .n. quandoque,ꝙ ex elementis ſit cõ ſtitutũ, uel unq; peritur ũ negauit, quandoque uero,ac ſi rei ueritate co actus eſſet, in cœlo ignem eſſe affirmauit, ipſum tamen nõn eſſe aduſtiuũ dixit, ſed uitalem potius , qualis ille eſt, qui in animalib⁹ reperitur , totumque cœlum,hoc elemento prę ditum eſſe non negauit, aſtraque potiſſimum , ita tamen ut reliquorum etiam elementorum ἀκρότητας ſeruent, Plotinum quoque huius eiusdem

rei teſtem affert, in libro primo Enneadis ſecundę dicentem, Platonem exiſtimaſſe omnia corpora eſſe in fluxu continuo, quod Heracl[s]. quoque ſenſit, cum ſolem ſemper fieri dixerit, Ar[i]. uero, nullum, inquit, eſſet negociũ oppoſitum concludere, ſiquis eius ſuppoſitiones admitteret, addit Plot[i]. etiam, ꝙ cum Plato in Timęo, cœlum ex igne, ac terra conſtituiſſet, aſtraquoque, ex eiſdem, plurimo tñ igni conſtare arbitratus eſt, non ſolum autem, inquit Grãm[s]. cœlũ ex quatuor elemẽtis conſtare Plato credidit, ſed ex quatuor etiam qualitatibus quibus elementa ſunt prædita, caliditate.ſ.frigiditate humiditate, ſiccitate, grauitate, ac leuitate cũ in Timæo dicat, Poſtremo ne quis ipſum morbus, aut ſenectus attingeret, uidebat. n. eam eſſe naturã corporis, ut ĩportuna, caloris, ul' frigoris

aliarũ q̃ rerum nimis uehementium acceſſione lędatur, & in morbos, ſenium que impulſum deficiat, eã ob cauſam, unum totum, ex omnibus totis & perfectis perfectum, morbi, & ſenectutis, expertẽ Deus Mundũ conſtituit, & ideo figuram quoque maxime congruam ipſi dedit circulare m .ſ. q̃ demũ Platoni uiſum fuerit, nullum aliud corpus ſimplex inueniri pręter quatuor elementa, ex aliis ipſius dictis in Timęo cognoſci poteſt; nulli concedimus, inquit, pulchriora his uideri corpora, ſeorſum exiſtente unoquoque .i. quæ ſint, naturæ ſeparatę, atque ab his diſtinctę quaſi concedat quidem Plato cœlũ elementis eſſe pulchrius, nolit tamẽ, q̃ ſit naturę ab ipſis diſtictę, ſed ideo pulchrius dicatur, quia nobilioribus prędítũ eſt accidentibus, Hanc igit' uerã eſſę Platonis mentẽ Io. Grãm'.

pro certo habuit, ꝙ .ſ. corpora cœle-
ſtia, ex illis eisdem elementis ſint cõ-
poſita, ex quibus mixta omnia, ortui,
atque interitui obnoxia conſtituun
tur, qđ maxime alienum eſſe a Plato
nis mente ipſe arbitror, cũ & pręcla-
riſſimi Pl[ci], quorũ ſcripta in noſtrum
uſque tẽpus ſeruata ſunt, hoc ut pro
phanũ deteſtentur, quod ex Proclo
primũ difficile non erit cognoſcere,
cuius dicta, licet Io Grãm[s]., ipſis fi-
dẽ non ſit adhibiturus, cum illius ſen
tentiã impugnare profiteatur, atque
ꝙ idem ſibi ipſi contrarius fuerit oſtẽ
dere, ea tamen de cauſa hic apponerẽ
non recuſabo, quia in huius dictis,
aliorũ quoque teſtimonia inſeruntẽ,
necnon rationes, quib⁹ propria opi-
nio aſtruitur, In iii. igitur libro ſuę in
Timęum expoſitionis, a Platone lu-
cem, ignem nuncupatam fuiſſe dicit,
quod etiã manifeſtius facit, cũ inqt,

Admirandus autem Ar^s. rationi for-
te occurret dicens, nō omne uiſibile
talem naturam habere, ignis patici-
patione, Solem igiť, ac aſtra omnia.
uideri poſſe, cū tamē igne careāt, cui
ſiquis dicat, ꝙ ignium, alius eſt mate
rialis, alius ímaterialis, alius item ę-
ternus, alius corruptibilis, alius cō-
mixtus, alius purus, ipſe quoque ra
tioni fortaſſe cōcedet, audiens The
ologos etiam ſolem uocantes ignē,
ignis uehiculum, atque ignis ꝓmū,
qui ꝙ de igne hoc materiali non lo-
querenť, ex aliis ipſorum dictis ab
eodem Proclo paulo poſterius rela-
tis facillime deprębendi poteſt, cum
dicunt, cœlo corpus adeſſe, ignis q̄-
dem ſplendore fulgens, ſed ignis in-
acceſſibilis, quem nullus adire, uel
experiri poteſt, ſtabilis que firmi, at
que incōcuſſi, quas conditiones igni
materiali non conuenire certum eſt,

Procli ergo authoritati, Theologorũ hoc ipſum ſentientiũ authoritas accedit, & ratio, quia ſi de igne materiali ĩtelligenda fuiſſent Pl^s. dicta, falſa eſſet illa propoſitio, ꝙ ſine igne nihil uideri poteſt, quare ad aliud genus ignis eſt confugiẽdũ, neq; alia Procli dicta ſilentio pręteribo, ex quibus alia ratio, propoſito deſeruiens colligit̃, dicendũ eſt inquit Proclus, Pl^m. non determinauiſſe ignem, caliditatis, uel surſum petere differentia, quia hęc, illius qui eſt apud nos ignis ſunt propria, ſed uiſibilis qualitate uti maluit, cũ hęc igni omni, tã diuino, quã mortali, tã aduſtiuo, quã conſeruatiuo conueniat, atque eadẽ, inquit, de terra ſunt dicenda, ex quibus rationem hanc poſſumus decerpere, ſi de igne materiali ſermo fieret, non recte ipſum iſta uiſibilis differẽtia, determinauiſſet, cum hoc lumini

quoq; conueniat, cõmodius autem multo, per caliditatẽ, ac ſurſum pete re definiri poterat, cũ hęc talis ignis ſint propria, quod de caliditate ſicci- tati coniuncta eſt intelligẽdũ, atque de illa ſurſum latione, per quam cõ- tingit, ꝙ cęteris omnibus ſuperemi neat, non omittã etiã alia Procli di- cta, in expoſitione illorũ Pl^is. uerbo- rũ poſita quę ſunt, cũ Deus ĩter ignẽ, & terram, aerem mediũ, ac aquã po- ſuiſſet, ipſa q; quãtũ fieri potuit, ſecũ dũ analogiã, conciliauiſſet, ut quam rationẽ ignis habet ad aerẽ, eandem quoq; terra ad aquã habeat, mũdum uiſibilem, ac tactilem conſtituit, dicit ergo Proclus, quoſdam fuiſſe Plato- nicos, qui cũ audiſſent Ar^m. eandem paſſiuã materiã corporũ oĩum sẽſibi liũ faciẽte, hãc eadẽ corporibus cœle ſtib⁹ ĩeſſe cõceſſerũt atq; illa corpora eiuſdẽ eſſe naturę cũ ſublunarib⁹, ex

elemẽtisq; eiuſdẽ rõis cõſtitui affir-
mauerũt, qñtũ igit̃ illud corp⁹ abhis
diſtictũ explodũt, tã q; ea ſit opinio a
Barbaris accepta, quos dicũt Ar^m.
hac ĩ re ſequutũ fuiſſe, aliis uero pla
cuit, ꝙ corpora illa, in natura a ſublu
narib⁹ diſticta ſint, ſed ex elemẽtis ip
ſa cõponi negauerunt, huius igit̃ rei
ueritatẽ Proc^s. ĩueſtigãs, tali diuiſiõe
utit̃, neceſſariũ eſt ꝙ cœlũ uł ſit natu
ra, vab elemẽtis ita diſticta, ut nullo
ꝓrſus modo ex ipſis compoſitũ dici
poſſit, uel ex eiſdẽ erit cõſtitutũ, qđ ſi
hoc datũ fuerit, uel ex uno, uł ex plu
ribus uno, uel ex omnibus ipſum cõ
ſtitui oportebit, quo quo autẽ modo
hoc contigerit, uel ꝙ eiuſdem ſint
naturę cũ ſublunaribus, uel qđ diuer
ſę, dicendũ erit, poſt hęc, contra unũ
quodq; ex his mẽbris dubitat, primũ
quidem, nam falſum eſſet Pl^s. dictũ,
qđ ut eſſet uiſibile, ac tactile, ex ele-

mentis ipſum eſſe compoſitũ opor-
tuit, ſecundũ uero, quia ſi unico con-
ſtaret elemento, quomodo dixiſſet
Pl°. plurimo igne aſtra eſſe p̄dita?
aduerſus iii^m. etiam dubitat, nã ſi plu
ra uno, non tamen omnia in ipſius cõ
ſtitutione acepta fuiſſent, quomodo
nã eſſet perfectũ? iiii^m. quoque nã ſi
omnibus conſtaret, quę eiuſdẽ eſſent
rationis cũ ſublunaribus, q̄ fieri poſ-
ſet, ut cũ hęc elementa corrũpant̃, il
la permaneant indiſſolubilia? ſiquis
dicat hoc ideo contingere, quia ęqua
lis eſt omniũ poteſtas, quę igit̃ in ip-
ſis eſt uarietas, undenam proficiſcit̃?
quomodo rurſus uerũ erit, qđ dixit
Pl°. ex plurimo igne aſtra confecta
eſſe? aduerſus. v. demũ, atque ultimũ
dubitat, ſi ex plurib⁹ cœlũ mixtũ fue
rit, quomodo ſimplici motu moueri
poterit? Rei ergo ueritatem aperiẽs
Proclus, dicit, plurimo q̄dem igne

corpora cœleſtia conſtare, neq; alio
rũ eſſe prorſus expertia, ſed uirtute,
ac cauſarũ more iſthęc continere, ter
rę q̃dem ſoliditatem ſeruant, eãq; uĩ
qua tactui poſſunt occurrerẽ, eidẽque
reſiſtere, aquę auté uim continuandi,
aeris demũ perſpicuitaté retinent, ue
rũ cũ plurimo igne ipſa conſtare di-
ctũ ſit, erit ne propter hoc exiſtimã-
dũ, q̃d ignis ille eiuſdem ſit naturę,
cũ igne corruptibili? minime, inquit
Proclus, ſed eſt longe diuerſi generis,
diuini nempe, ęterni, corruptionis le
ges non ſubeũtis, & qui uere ignis
intellectualis ſimulachrũ eſt, corpus
igiť cœleſte de mente Procli, & ſicut
ratio ab ipſo poſita ſuadet, natura ſim
plex erit, mixta tamen, quatenus uir
tutes quaſdã ſingulorũ elementorũ,
complectiť & licet ex elementis cõ
ponať, q̃ntũ tamen corpus ab elemé
tis diſtinctũ dici poteſt, cũ elementa
illa non

illa non eiuſdem ſint rationis, cuius ſunt elementa ſublunaria, neque cõpoſitio illa uere mixtio dici poſſit, ſed potius, uirtualis illarũ qualitatũ cõpræhenſio, licet ergo Io: Grammat' Proclũ non accipiat, Theologorũ tamen authoritati debuiſſet acquieſcere, rationibusq; allatis perſuaderi Non ſolus autem Proclus hoc ſenſit, ſed illi met, quos ipſe ſuę opinionis teſtes affert Plot'. n. primo libro enneadis ſecundę. cap. vi. & vii. cœlum ignem ſolum eſſe concludit, ita ut cũ elementorũ quatuor mixtione, naturę ſimplicitatem ſeruari uelit, unde colligitur, ꝙ illa non ſit uera mixtio, necnonꝙ corpus cœleſte, ſimplex quędam ſit natura, ignis uero nullã qualitatẽ aliã eidẽ adeſſe dicit cap. vii. quam lumen, qđ a flamma eſt diuerſum, quare alterius quoque generis ignem illũ eſſe ſentit, eamque di-

uerſitatem cap^c. iiii. aperuit, cum dixit, ignis cœleſtis, ęqualis eſt, atq; quietus, naturę q; aſtrorum accōmodatus, Marſilius Ficinus etiam, in eiuſdem libri argumēto, cœlū animę ſpiritum & flatum eſſe dicit, qui eſt ignis ipſe, quibus uerbis, tum cœli ſimplicitatem, tum in natura differentiam à ſublunaribus ſignificauit, quam rurſus manifeſtiorē quoq; faciens, dixit, eſt autem cœleſtis ignis ſolus, atq; purus, neque uim ullam patiens, aut inferens, mirifice lucēs, ſed ſuper aſpectū, ſuauiſſime calēs, ſi quomodo tangat, hoc autē de calore uirtuali, non formali eſt accipiendū ſiquidē capite, vii. dum exponit Timæi uerba, Acendit Deus lumen circa ſecundā a terra ſphæram, ſolum ignem cœlo adeſſe, de mente Platonis declarat, atque inter ignis qualitates, ſolū lumē, in quo uirtute

calor uitalis continet̃, In Timęi quo que argumento, capite xxiiii. cũ idẽ Marſil⁹. diuerſa ignis genera enume rauiſſet, concludit demũ, ergo cum Heracl°. & Emp^{e}.dicemus, ignis ip-ſius, qui in idea eſt intellectuale lu-men, in cœlo quidẽ uiſibile lumen, ad oculos emicare, ſub cœlo autem, in ęthere, puram, & innoxiam ipſius uigere flãmam, in terra uero, carbo nẽ, in aſpera comburentẽ materia, li bro etiam ſuæ Theologiæ iiii. in corporib⁹ ipſis cœleſtibus, pugnam nullam eſſe dicit, cœli uero ſimplici tatem manifeſtiſſime declarauit, cũ in Plotini argumento, dixit cœlum eſſe animam iam extenſam; Non ſo-lum autem ex Pl^{cis}. hoc oſtendi po-teſt, ſed ex Platone ipſo, ꝙ.n. primo nouerit dari plura ignis genera, ex dictis in Timæo cognoſci poteſt, cũ dixit. Quamlibet igitur quatuor il-

larũ rerũ, integrã Mundus accepit, ex omni quippe igne, aere, aqua, terra, ipſius faber ipſum compoſuit, cum ergo dicat ex omni igne, ipſius ignis plura genera dari nouit, quod clarius etiã paulo poſterius dictum fuit, cum de generatione elementorum loqueretur, ignis .n. multa genera dari docet tũ flãmam, tũ quod ab ea eſt accenſum, aeris quoque genus quoddam eſſe dicit, quod eſt puriſſimũ, atque agiliſſimũ, alterum uero, quod craſſum eſt, & impurum, ꝙ uero lumen quoque ignem uocet, ex aliis eiuſdẽ dictis cognoſcitur, Accendit, inquit, Deus lumen circa ſecundã a terra ſphærã, ecce ꝙ lumen accenſum eſſe perhibet, quare lumẽ ignem eſſe dicit, Quod uero hęc elementa, quatenus ſunt in cœlo, diuerſę ſint rationis a generabilibus, difficile non erit oſtendere, nam ſi cœlo

ipſa conuenire crediđiſſet, quatenus ſunt alterabilia, (eiusmodi .n. ſunt elementa ſublunaria) cur ignem & terrã ſibi inuicẽ maxime opponi dixiſset? cũ ea ratione, ignis & aqua magis opponantur? ſiquidẽ utriſq; qualitatibus diſſentiunt, terra uero, & ignis, altera tantum, quare ignem tunc uocauit lumen, terrã uero, qđ opacũ eſt, atque uiſui reſiſtens, hoc .n. modo, ſibi inuicem repugnant maxime, cur etiã igni non aſcripſiſſet potius, q̃ ſecundũ caliditatẽ ſit tactilis, q; q̃ ſecundũ lumen ſit uiſibilis? quod tamen noluit, atq; uiſibilis facultate, quam ratione luminis conſequitur, uti maluit, hoc ſane, ipſum, lumen tunc, ignem uocauiſſe ſignificat, Cur rurſus, terram eſſe tactilem ratione frigiditatis non dixiſſet? cũ preſertim, hęc ſint tactus obiecta ꝓpria, elementorum q; naturã deter-

minent, frigus tamen, miſſũ fecit, atque ſoliditati hoc maluit aſcribere, illud quoque falſum eſſet, ſicut prius etiã dictũ fuit, ꝙ ſine igne nihil ſit uiſibile, uel ſine terra tactile, dicet .n. Ar^s. aſtra ſolo lumine, nullo igne intercedente, eſſe uiſibilia aquamq́; aerem, ac ignem, abſq́ terra tangi poſſe, non eſt autem tantæ ignorantiæ nota culpandus sũmus philoſophus Plato ut hęc ignorauerit, In declaranda quoque elementorũ generatione, quinque genera figurarũ accepit Plato, ſingula ſingulis corporibus aptans, quibus eorũ naturę diuerſitatem explicabat, nouit igitur Plato dari quinque corpora ſimplicia, a ſeinuicẽ diſtincta, hę uero figuræ ſunt, cubica quam terræ, icoſaedra quam aquæ, octaedra, quam aeri, piramidalis quam igni, dodecaedra quã cœlo tribuit, non ignorauit

ergo, cœlũ eſſe naturæ ab his cor-
poribus diſtinctæ, Huic rationi ten-
tauit Io. Grãm^{s}. ſatisfacere, dicens,
Platonem figura dodecaedra uſum
fuiſſe, non pro ſola cœli conſtitutio-
ne ſed ad uniuerſi cõpoſitionẽ, quod
ex ipſius met Platonis dictis cõfirma
tur, cum inquit, eſt & quinta compo
ſit^{9}. qua Deus ad uniuerſi conſtitu^{m}.
eſt uſus, hoc tamen rationem poſitã
nihil infirmat, niſi .n. figura dodecae
dra quintã naturã deſignauiſſet, a re
liquis diſtinctã, tunc uana eſſet Pla-
tonis dubitatio, an pro numero figu
rarum, ſint etiam .v. Mundi, an unus
tantũ, ex his quinque cõpoſitus, ua-
na inq;, eſſet, eo ꝙ quinta illa figura,
nullam ſeorſum naturã ſignificaret,
ab aliis diſtinctam, ſed quoddam om
nia complectens, quamobrem, in
dubium reuocandũ non eſſet, an ſint
quinque, ſed potius an quatuor, uel

unus tantũ, cuius rei Xenoc᷒. quoq; Platonis diſcipulus, apertiſſimam fi dẽ facit, in ea quam ſcripſit Platonis uita, quinq; n. illas figuras, corporibus quinque diſtributas eſſe aſſerit; ętheri nempe igni, aeri, aquę, ac terre, dodecaedra q; figura ętherẽ ſignificari ſenſit, ętheris uero nomen, cœlo aſcribebat, cur ergo Plato quęret aliquis, figurã illã tribuit uniuerſo? cui facillimum erit reſpondere, hoc ideo factũ fuiſſe, quia cœlũ uniuerſi rationẽ habet, cũ omnia ſuo ambitu complectatur, cœlo igitur primũ ea figura cõuenit, deinde huius ratione, ipſi quoq; uniuerſo tribuitur, quid autem mirũ eſt ſi Plato cœlũ, uniuerſum uocauerit, cũ Ar᷒. quoque primo cœli lxxvi. xcii. xcv. & .xcvi. uniuerſũ ipſũ nomine cœli nuncupauerit? 4°. q; phy᷒. xliii. cœlo uniuerſi nomen tribuerit? Non eſt igitẽ

ambigẽdũ, quin Plato corpus illud quintũ dari exſtimauerit, atq; elemẽta, ex quibus mixtũ ipſum eſſe dixit, diuerſę rationis eſſe, ab elemẽtis ſub lunaribus ſenſerit, ꝙ uero licet mixtum ipſum eſſe prędicauerit, non tñ ab eodem negatũ ſit quin ſit natura quędam ſimplex, ita ut mixtio illa, naturæ ſimplicitatem nõ auferat, ex illo eodem argumento manifeſtum fiet, quo uſus eſt Plot[s]. libro primo ſecũdę Enneadis, in oſtẽdẽda cœli ſĩplicitate, quod uerbis Platonis innititur, cũ dixit, Accendit Deus lumẽ circa ſecundam a terra ſphęrã, quibus uerbis, ſolem lumen tantum eſſe ſignificauit, lumen aũt ignem uocabat, quare, ſolem, ex conſequenti orbes omnes cœleſtes, ſolo igne cõſtare credidit, erũt igit̃ naturę ſimplicis, cũ prę ſertim ignis ille, ſit puriſſimus, atque naturę luminis, quaŕ

cū eo mixtionis genere, ſeruatᷓ natu
rę ſimplicitas, Quę uero Io. Grāmˢ.
in oppoſitum afferebat, tunc nullius
eſſe ponderis, palam fiet, cū expoſi-
ta fuerit Platonis ſententia, oſten-
ſum que quomodo ab Arᶦ. non diſſē
tiat, Eſt ergo in primis hoc accipien
dum, ꝙ Plato tria ignis genera dari
non ignorauit, primū quidē ignē car
bonem uocauit, qui maxime omniū
materialis eſt, ſecūdū aūt flāmā ꝗ car
bone purior eſt atque ſimplicior, ter
tium demum lumen, ꝗ omnibꝰ aliis
puritate præſtat, atque ſimplicitate,
aer quoque dicitur, tū is qui cū cali-
ditate coniunctā habet humiditatē,
qui materialis eſt, tū is qui ſola per-
ſpicuitate determinatur, aqua ſimi-
liter, tū quæ materiam habet, frigi-
da que eſt, atque humida, tū quæ
ſola ui continuandi eſt prędita, terra
demū, tū grauis hęc, atque īmobilis,

tũ quę uim habet reſiſtendi, atque oc currendi tactui, Cœlum itaque ex elementis mixtũ eſſe dicit̃, non materialibus quidẽ, ſed quę nullã materia concernant, uerius q;, ꝙ ex eorũ uirtutibus, q́; ꝙ ex ipſis met conſtet, licebit affirmare, & ſicut libro primo ſecundæ Enneadis capite vii. Plot[s]. dicebat, cœlũ aliquid ipſorum q́; ipſa cõtinere rectius dicet̃, at ꝙ hoc eſt qđ Proclus & Simp[s]. ἀκρότητα nuncupauerunt, ideſt ſupremã uim, ſupremã inq;, utpote quę materiam generabilẽ non includat, atq;(ut uno uerbo dicã) cœlo ignis ttibuit̃, quatenus ignis facultatẽ illã ſpiritualẽ ſeruat, quę lumen eſt, ratione cuius ὄλυμπος dictum eſt, quaſi ὁλολαμπὴς aer autẽ, quatenus perſpicuitatẽ habet, aqua uero, quatenus cœli partes omnes, ſibi inuicẽ continuę ſunt, quod prę ſtat humiditas, terra demũ, qua-

ten⁹ tangenti corpori reſiſtit, ſui cor
poris penetratioñe, uel diuiſionem
non ſuſtinens, quib⁹ omnib⁹, uel ip-
ſe Arˢ. aſſentiet, cũ pręſertim xxv.
parᵗⁱ. problematũ problemate xvii.
necnon xx. dicat cœlũ & ſtellas eſſe
calidas, eos que derideat, qui frigi-
dã eſſe naturã ſtellarũ ſentiunt, quod
ipsũ non negauit Auˢ. cũ in libro de
ſubſtantia orbis capite .ii. quatuor
qualitates cœlo adeſſe, palã ꝓfeſſus
fuerit ſed æquiuoce dictas, cum illis,
quę quatuor elementis conueniunt,
licet autem primo Meteororũ, non
admiſerit Arˢ. cœlũ eſſe igneũ quia
reliqua omnia corpora iã deſtruxiſ
ſet, hoc tamen nullius momenti eſt,
quia de iſto igne materiali, tunc ſer-
mo habebat, Non omittã etiã quod
Arˢ. ii. de generatione animaliũ lu-
nam, terream uocauit, ii. quoq; de
generatione & corruptione aquam

omnis continuationis cauſam eſſe di xit, quod ipſum forte Propheta inu it, cũ dixit, & diuiiſt aquas, ab aquis, aeris uero uim illam, quę eſt perſpi⸗ cuitas, nullo pacto a cœlo Ar^s. remo uebit, cũ uel ſenſus ipſe, huius rei apertiſſimã fidem faciat, ſed & colo⸗ rum diuerſitas, aliquam in cœlo mix tionem eſſe arguit, Martem .n. ru⸗ bicundũ, Venerem argenteam cerni mus, colorum autem diuerſitas, ex diuerſa luminoſi cũ opaco mixtione proficiſcit̃, quare luminis, ac opaci⸗ tatis naturã ibi adeſſe non eſt negan dũ, ꝙ vero talis mixtio naturæ ſim⸗ plicitatem nõ auferat, imo ꝙ cœlum ſit illa ipſa natura ſimplex, ex ſe actu exiſtens, quam dixit Au^s. qui poteſt cõmodius explicari, q; exẽplo Pl^co ? dicunt .n. Pl^ci. cœlum eſſe ſpiritũ, ac uerbũ animę, actu iam prolatũ, ad eius differentiam, quod ipſa in ſeipſa

ſeruat, cũ intelligit, rurſus ꝙ dicunt, ſi recte uolumus cœli naturam mente concipere, animam ipſam imaginemur, quæ dimenſiones ſubierit ac locum mutare poſſit, naturã quidé illam ſimplicé, hoc exemplo, uel ipſis oculis licet intueri, neque tamen, ꝙ cœlũ formam eſſe uoluerit existimare oportet, eo ꝙ ipſius naturam exemplo animę dimenſiones acquirentis explicuerint, hoc .n. iccirco factũ eſt, quia cõmodiori exemplo, uti non poterant, Hanc rurſus ſummam naturę ſimplicitatem, oſtendentes dicunt, cœlũ igné eſſe, ignis ꝙ nullã qualitatem aliã ſeruare, q; lumen, cur uero cœlũ ignem eſſe dixerint Marſil[s]. Ficinus in argumento qđ in librũ Plat[s]. ſuperius cõmemoratũ edidit, capite iii. declarat, nam ignis eſt terrę oppoſitus, ideo a terra maxime diſtat, ac ſicuti terra eſt in

medio collocata, ita ignis circumfe-
rentiã uerſus petit, ſicut etiam terra
eſt opaca, ita ignis maximo fulget
lumine, ſicut demũ terra eſt immobi-
lis, ita ignis eſt maxime mobilis,
in quibus conditionibus, cœlũ cũ
igne conuenire unicui q; compertũ
eſt, icciro dictũ fuit, q; eſſet naturæ
igneæ, At quęret aliquis, unde igit
fit q; Maſil[s]. Ficinus, in eodem argu
mento capite primo damnat Au[m]. ?
cui ego reſpondeo q;, ibi Au[m]. dam
nat tamq; dicentem, cœlũ eſſe dimen
ſiones ipſas per ſe ſubſiſtentes, quod
tamen falſo ipſi Au[i]. fuit impoſitum,
Ex dictis igitur, probabiliter conclu
di poteſt, q; ſummus inter hos phi-
loſophos conſenſus fuit quibus cum
Homerus etiã conuenit circa princi-
um vi. Odxſleę cũ dixit.

Ἡ μὲν ἄρ' ὣς εἰποῦσ' ἀπέβη γλαυκῶπις ἀθήνη
Οὔλυμπόνδ', ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἔμμεναι, οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτε ποτ' ὄμβρῳ

Δεύεται, οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται, ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
πέπταται ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη

Quę cũ ita ſint Io. Grãm[i]. dubitatio nibus reſpondere non erit difficile, nam quo primum utitur fundamen to, quod .ſ. Plato elementa illa, ex quibus Mundus conſtituitur uoca uit contraria aduerſus ea q̃ a me di cta. ſunt nihil facit, ut ergo Platonis mens exacte intelligatur, hoc primo non eſt oſcitanter prætereundũ, ꝙ Plato nõ de cœlo tantũ, ſed dę Mun do uniuerſo mentioné faciebat, qui cũ ex parte altera ęterna, cœlo nem pe, altera uero corruptibili, elemé tis.ſ. conſtituatur, ratione partis ęter nę, non ex ueris contrariis compo nit́, ſed talibus, qualia ſunt opacum ac luminoſum, ratione uero partis corruptibilis, uerã habet cõtrarieta tem, quę pro cœli cõſtitutione nõ eſt neceſſaria Tauri uero atq; Porph[ii]. authoritati

authoritati non ſatisfaciam, cũ ipſorum ſcripta perierint, neq; ipsa legendi copia mihi affuerit, hoc unum dicam, illud potuiſſe huic contingere, quod ęgrotantibus euenire ſolet, ut omnia amara eſſe iudicent, quia guſtũ ſic affectum habent, ſibi quoque cum hoc animo inſediſſet, cœlũ eſſe corruptibile, materiam que habere, idipſum omnes ſenſiſſe exiſtimauit, atque hoc ex eo coniicio, ꝙ Plotinum quoque præpoſtere accepit, nam ꝙ, cœlũ eſſe ſimplex, ex elemẽtis que diuerſæ a ſublunaribus rationis componi crediderit, iam prius oſtenſum fuit, ꝙ uero ipſum nunq̃ defecturũ eſſe, ſit arbitratus, ex dictis capite iii. & iiii. eiusdem libri apertum eſſe poteſt, dixit .n. cœlum æternum eſſe, tum animæ, tum corporis beneficio, ita ut ſuapte quidem natura ęternum ſit, talem tamen naturam, animæ munere adeptum ſuę

rit, quod ipſũ ſenſit Au[s]. ii. capite de ſubſtantia orbis, ita ut inter hos nulla maior conuenientia eſſe poſſit, cur igitur ipſum in continuo fluxu eſſe affirmauit? quia ea lex eſt, & natura corporum, ut ab alio pendeant, & ex ſe ita æternitatem habeant, ut tamen eadem, aliunde quoque proficiſcat', iccirco loco commemorato dicebat Au[s]. ꝙ cœlum habet eſſe, ac permanentiam ab intelligentia, cur uero damnauit Ar[m]? huic reſpõdet Marſil[s]. in argumento capite ii. ꝙ negligenter tunc, de Ari[s]. ſententia ſermo habitus eſt, ſuperficietenus nẽpe ſolum, nam hoc modo tum Plato tum Ar[s]. ſibi uidentur aduerſari, ꝙ ſi funditus ipſorũ mens, inſpecta fuerit, ſũmopere cõuenire depræhẽdẽtur, Proclum quoque temere contradictionis arguit, cum ignem illũ Prolc[s] uitalem eſſe dicat, atque naturę diſtinctæ, ab igne ſublunari, aliorum

que ἀκρότητας ſolum , cœlo conuenire aſſerat, quod ſemper conceſſit, nuſquam uero negatum fuit, Hinc etiã licet cognoſcere, quam uim habeat, quod ex Platonicis dictis acceptum rurſus obiecit, q̃ .ſ. Mundus ex omnibus qualitatibus conſtat, quis .n. hoc unquam negauit, quin Mundus, ipſum q; uniuerſum, ex elementis iſtis, eorundem que qualitatib⁹ conſtet: ſiquidem in ſublunaribus hęc reperiuntur, non eſt tamen ex hoc colligendum, quod omnes uniuerſi partes, talibus elementis indigeant, ſiquidem pars illa, quę ęternitate fruitur, ex diuerſarũ rationum elementis conficitur, quare nullius eſt ponderis authoritas dicta, nihil que officit his q̃ a me hactenus accepta fuerunt; ſicut neq; authoritas ultimo loco adiecta, cũ Plato non concedit pulchriora his quatuor inueniri corpora, præter ea quę ex ipſis conſti-

tuuntur, Nam ſi elementa hęc communi ratione accepta fuerint, ut cōueniunt tum ęternis, tum corruptibilibus, nullum pręter hęc ſimplex corpus inueniri poterit, at ſi propria ratione ſumantur, quatenus ad generabilia determinantur, aliud pręter ipſa corpus ſimplex dat neceſſario. Iam igitur perſpectū eſſe poteſt, qualis ſit natura corporum cœleſtium, iuxta ſententiam tum Ar[is]. tum Platonis, quod mihi a principio propoſitum fuerat, illud que, cum finem proprium attigerit, Deo Optimo Maximo id totum acceptum referatur, ipſi que immortales gratię habeantur, ac laudes perpetuæ celebrentur, ſi quid autem minus uerum, aut principiis philoſophiæ conſentaneum dictū fuerit, illud omne ingenii mei imbecillitati aſcribatur.

Finis.

Mantuæ M. D. L V.

BIBLIOTECA